9 tata. de rescr. cū seq. ¶ Septimò fallit, ubi † vasalli in mā feudi nō cognoscunt eundem dñm, sed prætendunt diuersos inuestitores: quia tunc ēt cognoscet ordinarius, ut est tex. in c. j. §. si verò. de pace tenen. text. verò nr̄ hic p̄cedit, qñ prætendunt eundē dñm. A quo tñ excipias, nisi unus ostendat de titulo, & alius non, tunc enim nō cognoscet dñs, sed ordinarius: & p̄bat hic iste tex. dū vult, ꝙ ɔstet: licèt enim diceret se vasallū, & nō probaret, nō diceret̄ ɔstare vt requirit tex. ad hoc, ut dñs cognoscat. Secundò excipe. nisi vnus dicat feudū nouū, & alius antiquum: nā hoc casu non cognoscet dñs sed pares curiæ: qa vtilius est dño ꝙ feudū sit nouū q̄ antiquū, ut est text. in c. j. an apud iudicē, vel curiā. & ponit hic Are. ī pe. col.
10 ad mediū. ¶ Octauò fallit, qñ † est qō inter dñm & vasallū, tunc. n. dñs dr̄ suspectus. Et hoc est clarum, quia, cognosceret in propria cā: iō isto casu cognosceret ordinarius. si materia non est feudalis, si uero materia esset feudalis, tūc cognoscent pares curiæ, nisi partes eos ɔmittrēt ex cōi cōsensu: secus, si vna pars ɔtradiceret: quia tūc pares curiæ cognoscēt, ꝙ tñ declara, nisi pares curiæ essent suspecti, tūc enim ordinarius cognoscet. Ita Bal. in c. j. an apud iudicē, vel curiā. ¶ Scđò declara, ubi pares curiæ haberēt esse testes in illa mā, qa tūc cognoscet ordinarius. Ita dicit Are. in vers. fallit scđò. p tex. in c. j. si de inuesti. fuerit ɔtro. inter do. & vasal. per quem tex. dicit ēt decidi id, de quo hic q̄runt Doc ꝙ non extantibus paribus curiæ iudicabit & cognoscet de cōtrouersia iudex ordinarius. ¶ Tertiò declara, nisi vasallus corā paribus negat se fuisse īuestitū, & p̄uocat ad ordinariū: tūc. n. pares curiæ cognoscēt summatim de hoc, & ɔstito đ inuestitura, p̄cedet: alias nō. Ita Ang. in l. j. C. si à nō ɔpe. iu. &
11 Bal. ī c. imperialē. de p̄hi. feu. ali. p Fed. ¶ Quartò † declara, ubi nō ageret̄ ɔdictiōe ex lege feudali, nā tūc nō itur ad pares curiæ, sed ad ordinariū, puta, ꝙ intētaret̄ remediū l. si quis in tantā. C. vñ vi. Ita dicit Bal. in c. j. đ inuest.

a Et non dominus. *Ad quod vide plenè do. Soci. in consil. 273. incip. In causā do. Lysa. versicul. 6. Ista conclusio probatur in 2. parte, char. 191.*

in mari facta. Alle. Inn. hic, & bñ. ad fi. Et aduerte quīto, ꝙ vbi paribus curiæ ɔpetit cognitio, ad eos itur, ētsi sint minores litigatorib⁹. Ita dicit Bal. ī p̄e. hu⁹ lib. in prima rub. ver. q̄ro. qdā va
12 salli. ¶ Nonò † fallit b in liuellarijs, qa q̄stiōes eorū decidunt̄ ab ordinario. Ita Bal. ubi s. & ibi Bal. ponit alias dr̄ias inter feudū & liuellū, nā in feudo iurat̄, secus in liuello. Itē feudū dat̄ amore, liuellus uerò pro mercede. Itē ī feudo non succedūt fęminæ regulariter, in liuello sic. Itē feudatarius p̄scribit, liuellarius uerò nō. Itē liuellus nō perdit̄ currēte pensione, & cessante deterioratione, feudū vero multis de causis amittitur, ut probat̄ toto titulo, quæ fuit prima cā bñficij amittendi. Itē liuellus cōceditur ad certū numerū annorū, feudū aūt ad certā ætatem, vel generationē. Et de liuello vide dom. Ant. in c. j. de feudis. ¶ Decimò fallit, nisi dñs feudi iniuste recusasset reinuestire vasallū, & deinde coact⁹ īuestiuit, nā isto casu ipse nō cognoscet. Ita Bal. in ti. de pac. Const. §. si qua ɔtrouersia. ī fi. ¶ Vnde
13 cimò † fallit, nisi qō feudalis habeat radicē in mā iuramenti, de quo agatur, nā tunc itur ad ordinariū ecclesiasticū. Ita Cal. in ti. isto, ɔs. 2. ꝙ fortè nō p̄cedit, nisi qñ agēs vult declinare dñm, secus, si esset ɔtētus, ꝙ dñs cognosceret, & ageret̄ solùm de q̄stione executionis iuramenti, secus, si de validitate eius, nā tūc itur ad ep̄m, per ea, quæ dicit Imo. in c. cùm ɔtingat. de iureiur. ī repe. & Abb. in c. cū venissent. de insti. Et p ista fallētia vide, q̄ dicā in fi. huius c. ¶ Duodecimò fallit, nisi vasallus negaret se uasallū, & rē nō eē feudalem, tūc. n. nō cognoscit dñs, ut infrà dicā. ¶ Vltimò limita, nisi habēs feudū eēt miserabilis p̄sona: qa tunc pōt agi q̄stio feudi corā ordinario. p tex. in c. ex parte B. infrà de foro cōp. quē text. intelligunt ita oēs hic, & ibi Abb. Extra istas fallentias stat firma regula suprà: dicit hic do. meus ad fi. quòd in eligēdis parib. datur hæc practica, s. ꝙ dñs eliget unū, uł plures, & uasalli totidē, nisi fortè ɔcordēt in primis. Casus est in c. j. đ ɔtro. feu. apud pares termi. ¶ Scđo no. ꝙ nō oēs pares curiæ sunt idonei, sed solū pares illius loci ubi res sit est, đ qua agit̄. Casus est. Et ībi. Bal. in c. j. §. si qua. de pace Const. ¶ Tertio not. quòd si in illo loco non sunt pares vocantur viciniores. Ita Bal. ī c. j. qđ incipit, imperialē. §. fi. de prohi. alie. feu. per. Fed. & cū
14 istis tribus dictis transeo. ¶ In † iudicio possessorio, an agat̄ corā domino? Dominus meus hic alle. Bal. in c. j. §. inter pares. de leg. Conradi. vbi distinguit, ꝙ aut agitur possessorio, cuius victoria adminiculatur proprietati, quod tunc cognitio pertinet ad dñm. Exemplum vt hic per ipsum. Aut verò agitur de possessione non modo prædicto, sed rōne iniurię, uel interesse, vel criminaliter, tunc dñs non cognoscet, sed ordinarius, Ita dicit ipse hic, & sentit Bald. in l. 3. C. si a nō cōp. iud. Persona debēs alicui reuerentiā non potest intentare contra eam actionē famosam etiā de facto. Ita Inno. hic loquens de vasallo

b Nonò fallit. *Adde, quòd pulchrū est scire, quæ differentia sit inter feudū, & emphyteusim. Dic primò, ꝙ emphyteusis à feudo differt. qa illa est de iure ciuili, l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Secūdò feudū datur gratis p seruitio, emphyteusis p pēsiōe. ita Bal. ī add. Spe. de loca. ver. feudū datur. Tertiò, vasall⁹ iurat, vt in c. 1. de noua for. fid. emphyteota nō, quia hoc iure nō cau t. Quartò, vasallus tenetur ad homagiū. c. j. de no. for. fid. emphyteuta ad canonem, Inst. de loca. §. adeo. l. 2. et seq. ff. si ager. vec. vel emph. pet. l. 2. C. đ iur. emphy. Quintò, emphyteuta nō soluēs cadit à iure suo, d. l. 2. feudatarius nō satisfaciēs nō cadit, Spe. ī ti. de lo. §. j. uer. 65. Limita istud, vt p do. Car. in c. potuit. de loca. Itē feud. nō pōt donari īdistinctè, §. donare. qualiter olī feud. ali. pot. emphyteosis pōt donari. l. j. C. de fund. pat. lib. 12. Glo. in l. fi. C. de iu. emph. Sed Bar. ibi tenet cōtrariū. Adde tamē Bar. Bal. An. & Imo. in l. si domus. §. fi. ff. de leg. j. do. Ab. et alios ī c. potuit. de loc. Itē emphyteuta pōt in suo testamento disponere de emphyteusi, l. in cōuentionalib⁹, et ibi Bar. ff. de verb. obli. qđ non licet feudatario, c. j. de suc. feu. Itē fœmina nō succedunt in feudo, c. 1. §. hoc autem. de his, qui feudum dare poss. ī emphyteusim autem succedunt fœminæ indistinctè, cap. 2. & ibi*

Universidad de Deusto Biblioteca

& ibi Bald. si de feud. fue. cōtro. Itē emphyteusis dari potest in dotē, feudū nō, Spec. in tit. de loca. §. 6. vers. 292. Item in feudū non succedunt muti, surdi, & aliter imperfecti, ca. i. an muti, vel aliter imper. sed in emphyteusim sic, Ludo. in singul. 178. hodie fœmina. An autem, & quomodo differunt liuellus & feudum, vide omnino do. Alex. de Imo. in §. si de vectigalibus. in 5. chart. ff. de dam. infec. vbi plenè & Paul. de Cast. in consil. 226. & Bar. Cepol. in c. i. de cognitione feu.

spoliato a dño. Allegat l. j. §. interdictū hoc. ff. de vi. & vi. ar. Ego allego tex. in l. 2. in fi. ff. de obseq. vbi dr̄, ꝙ libertus nō intentat ꝯtra dñm interdictū, Vñ vi. & dicit ibi tex. ꝙ licèt verbis edicti nō habeant infames, tñ opinione hominū nō effugiūt infamiæ notā. ¶ Ad

15 † idē allego Bal. in c. imperialē. in §. fi. de prohi. alie. feu. per Fede. vbi dicit, ꝙ vasallus nō agit actione furti ꝯtra dominū, nec alia infamāte, sed simpliciter agit ciuiliter petēdo sibi rē restitui, & ibi ēt dicit, ꝙ parochianus non agit talibus actionibus ꝯtra presbyterū parochianū, & ibi ēt dicit, ꝙ talib⁹ actionibus qs nō agit ꝯtra eū, q eū de sacro fonte leuauit, sed impetrabit officiū iudicis. Idē dicendū est de similib. personis, ut in patre nutritiuo & nutrice, l. iniquū. C. qui accu. non pos. Facit text. in l. nō dēt. ff. de dolo. vbi dr̄ de filio, ꝙ nō possit agere ꝯtra patrē tali actione. Facit ēt tex. in l. sed si hac. §. pe. ff. de in ius voc. vbi nō permittit̄ liberto agere ꝯtra patronū actione sigillāte eius honorē: & tex. in ca. prohibent. §. liberi libertique, 2. q. j. Et ex istis pōt reddi rō ad c. apud misericordē. §. ex publico. 22. q. j. vbi mulier nō accusat maritū đ adulterio, vt hoc sit pp reuerentiā, quā debet marito, l3 maritus ipse eā de hoc accusare possit, & licèt alias mulier admittatur, vbi prosequit̄ suā vel suorū iniuriā, c. de crimine 15. q. 2. de quo p Sali. in l. j. C. de adult. ¶ Limita

16 † ista in casu c. ex parte. infra de accus. vbi monach⁹ accusat abbatē: ex quo forte dici posset pp p̄dicta, ꝙ nō procederet in accusatione, quæ fieret alia rōne, quàm rōne monasterij, qa ibi tractat̄ de fauore publico, ideo admittit̄, ne alias delictū remaneret impunitū, cū delicta Abbatis faciliter ab alijs sciri non possint q̄ a monachis. Et ēt p̄dicta pp hoc possent limitari, nisi ageret̄ de fauore publico sup dubio iurisdōnis īter duos ordinarios, nā ecclesiasticus cognoscit, cuius sit iurisdictio. Ita do. An. hic, & sentit Bar. in l. ij. circa me. ff. si qs in ius uoc. nō iegit. & Card. in cle. p̄senti. de cēsi. in 7. q. & Lapus allegatione 69. Limita, nisi esset ꝯtētio inter secularē & ecclesiasticū, & iudex secularis iā incœpisset cognoscere, vel aliqualiter præoccupasset, nā tūc nō cognoscet ecclesiasticus, sed ambo simul, c. si iudex laicus. de sentē. excō. in 6. ¶ No. ꝙ si corā ordinario ꝯuētus dñs excipit, ꝙ cā ē feudalis, & vasallus negat ꝯuētus corā dño, ꝙ res sit feudalis, ꝙ ordinarius cognoscet de tali exceptione, vt hic p Abb. in pē. col. post Inn. declarādo tñ, vt hic per ipsos. Ex cuius dictis colligit̄, ꝙ libellus in rei vēdicatione trahit ēt ad vtile dñium. Quibus adde, qđ idem tenet Spe. in ti. de act. & peti. §. sequit̄. vers. sed nūquid. & do. Ant. in c. literæ. de dila. & Bart. in l. si mater. §. eandē. ff. de exce. rei iud. Facit, qđ ponit Bart. in l. j. in j. col. C. de vsufru. & Inn. in c. examināta. infra eod. cuius dictū sequit̄ Pau. de Cast. in l. monumenta. C. de lega. pro quo facit, qđ dicit Bal. in c. quāto. supra eod. ꝙ si patronus dicit se possidere ius patronatus, exponit̄, id est quasi possidere. An

17 † per p̄scriptionē acquirat̄ directū dñium, ponit Rom. ī l. ꝓtoris. ff. de dam. infe. & Salicet. in l. traditionibus. C. đ pact. & ponit̄ in locis hic alleg. p Abb. & ego plenè dixi in rubr. de p̄scrip. Iudex nō cognoscit, an sua sit iurisdō qñ vertit̄ in hoc propriū suū īteresse, Ita Inn. hic. & Ang. in l. j. C. si à nō cōp. iud. ubi dicit, ꝙ si articulus iurisdōnis est inseparabilis a cā principali, iudex nō cognoscit, an sua sit iurisdō. Alle. Inn. hic, ego vero allego Arch. ī c. j. v. q. 2. vbi idē tenet & Inn. in c. venerabili. de cēsi. & do. Ant. in c. cū super de offi. dele. vbi dicit, ꝙ delegatus nō cognoscit, an sua sit iurisdō, qñ opponit̄ exceptio, q̄ maculat ei⁹ ꝑsonā. & uide Imo. ī c. ad audiētiā. de appel. Limita in casu c. cùm ꝑsonæ. de priui. in 6. & q̄ posui ī c.

sup literis. de rescrip. & gl. in uerb. copia. & ibi Dom. ī c. statutū. de rescript. in 6. in prin. vbi dicit, ꝙ qñ iudex facit se parē cū una parte assumendo pro ea disputationē, qđ facit se suspectū, & iō nō poterit cognoscere, an sua

18 sit iurisdictio. ¶ Negās † rē esse feudalē, q̄ erat, ꝑdit feu-

a dū[a]. Ita Abb. hic pē. col. in fi. post Inn. & tenet Bal. in l. 2. C. qūo & qñ iu. & ē in l. fi. ff. đ rei vēdi. vbi negās se possidere, si ꝯuincat̄, perdit possessionē. Amplia, ēt si intra annū vellet eā recuperare solutis expēsis. Ita do. An. & ibi Ab. ī c. cùm cām, j. đ iura. cal. Pōt tñ postea probare, ꝙ est dñs, vt ibi p eos, qui pulchrè circa intellectū illius l. loquūtur, & uide ēt Rom. ꝯs. suo. 70. Facit optimè tex. in l. fi. C. de fideicō. liber. & l. eū, q se patrē. ff. de re iud. & vide Spec. ī ti. de positionibus. §. 8. uers. 1. ¶ Ita limita primò, nisi mēdaciū careat dolo, uel lata culpa, qa tūc nō hēnt locū aliqua iura loquētia đ negātē. Ita dicit Bal. ī c. uasall⁹. el j. si de feu. fue. ꝯtro. p illū tex. ī in uerb. ex certa scientia. Idē tenet Bal. ī l. ea q̄. C. de ꝯd. inde. ubi dicit, iustus error excusat à pœna negātē. Allegat c. j. ī fi. de elec. ī 6. & p hoc est gl. ī d. l. fi. ī gl. magna ibi, qñ fuit sciēs. ¶ Limita ēt, dū modò negatio duret vsq; ad litis ꝯtestationē, secus, si añ litis ꝯtestationē ꝯfitet̄. Ita Ang. in l. si dubitet̄. §. j. ff. de fideiu. per tex. ī l. electio. §. neq;. ff. de noxalib. ē gl. ī l. Nerati⁹. §. nec actio. ff. ad l. Aqu. &

b ponit Bal. ī l. i. C. de furt. An āt talis[b] negatio possit reuocari inuita parte, uel iudice, Bart. dicit, ꝙ non in l. eū, q. ī prī. ff. đ iureiur. ꝯtra quē tenēt ibi cōiter * oēs, maximè Ang. & Salic. & Pau. de Cas. Opinio tñ Bart. saluat̄ vno casu. s. qñ vellet reuocare negationē cōuictus iā de mēdacio, licèt nodū esset lis contestata, dicta vero Doctorū & cōis opinio, ꝙ possit reuocari añ litē ꝯtestatā, procedūt re integra. Ita Lud. in d. l. eū qui. Allegat Bal. in d. l. ea q̄. & vide ēt ip-

19 sum in dicto ꝯsilio. ¶ Limita † tertio, dūmodo qs neget id, qđ est cā sui bñficij, secus, si negat gñaliter narrata, prout narrant̄. Ita dicit Bar. in d. l. sed si dubitet̄. §. ita demū. & ibi sequit̄ Imo. & Pau. de Ca. Quæ limitatio cōiter reꝓbat̄, ꝯtrariū enim tenet Bal. in l. j. in pe. col. in uers. sed nunqđ. C. de ędi. act. qa negatio gñalis refert̄ ad oīa petita, §. p̄tere. Instit. de inut. stipul. & pro Bald. alleg. do. Ant. in c. j. col. pen. de lit. ꝯtes. vbi dicit, ꝙ negās se debere cētū, negat ēt de quinquaginta, & ideo patit̄ pœnā negātis. ¶ Limita quarto, nisi negatio fieret rñdēdo libello inepto. Hoc fuit dictū Bal. in l. edita. in repet. Paduana, ī pē. col. C. de eden. p tex. in l. j. ī verbo, solēniter a ꝯtrario sensu. C. de his qui poten. nomi. quod confirmo p dictū Bar. in l. nō putaui. §. non queuis. ff. de ꝯtra tabul. Facit dictum Bal. in l. ij. C. de episc. aud. ubi dicit, ꝙ emphyteota alienās irrequisito dño, si cōtractus non tenet ex aliqua cā, vtputà in muliere alienāte cōtra formam statuti sine cōsensu propinquorū, nō cadit à iure suo. ¶ Limita quintò ex dictis Bart. in l. id quod seruo. §. si conseruū. ff. de pecu. leg. vbi pœna non imponeret̄ facto iudicis, sed ipso iure p l. tunc enim non augetur pœna p negationem, & idē tenet Pe. de Anc. in c. perpetuæ. in j. col. de elect. in 6. Ratio, quia in pœna legis attenditur factum: ideo non reiteratur, per tex. in l. palam. §. pen. ff. de

a *Feudū. Adde Bald. in addit. ad Spec. in ti. de loca. vers. si emphy. negauit et in Marg. ver. feudū vers. i.*

b *An aūt talis. Adde tu, si reus ī prima cōparitiōe negauit in alia, cōparitione postea uenit, & vult confiteri, vt habeat beneficiū cōfessionis, ex forma statuti, pōt. dicere iudex, vel actor, Nolo cōfessionē tuam. Et ita tenuit Bart. in l. eū, q. in i. col. in vers. c. secūdo not. vbi facit talē illationem, ꝙ si reus cōuentus in actione, qua crescit per inficiationem, in prima cōparitione negat, postea venit, et vult confiteri, vt habeat beneficiū cōfessionis ex forma statuti. dicit ibi Bar. ꝙ iudex, vel pars poterit repellere reū, & dicere, uolo tuā cōfessionem, quia condemnatio tua minueretur. Adde ꝙ contra Bar. multi tenuerūt. Tu dic, ꝙ cōiter* tenetur opi. Bart. cum limitatione, quod post contestationem litis nō possit confiteri non solum in terminis statuti: & sic, quando velit consequi præmiū, sed etiam in terminis in quibus loquitur illa l. eum, qui. Vnde*

Vnde dic, quod ꝓpin. Bart. ibi in d. l. cum, qui. fallit, quando negans in prima cōparitiōe veniret ante cōtestationem litis, & vellet purè confiteri, quia posset. Et istā opinionē tenet Iac. de Are. Ang. & Ioā. de Imo. in l. sed hic ita. §. qđ autē. ff. de re iud. Ray. & Ang. & Moder. ī l. si dubitetur. §. i. ff. de fideiu.

a Eps cognoscit. *Adde, pone, ꝙ iudex ecclesiasticus et iudex secularis simul iudicant de vna eademq; cā, ad quē appellabitur? Dic, ad superiorē iudicē ecclesiasticū. Nō enim pōt appellari ad superiorē iudicē laicū, qa ei nō pōt subijci clericus. Ita Bar. in l. i. §. si qs ver. quæro, pone. ff. de appella. Adde illud, quòd in simili tenuit Bar. in l. præcipimus. §. eo obseruando. C. de appel. vbi dicit, ꝙ si tibi esset obligatus clericus & laicus tali causa, quæ debet coram iudice laici terminari occasione clerici, laicus corā episcopo conueniretur.*

rit. nup. vbi mulier deprehensa in adulterio est infamis, licèt sequat̄ absolutoria, qa l. notat factū. De ista aūt materia tractat̄ per Bal. in l. ꝯtra negantem, C. ad le. Aqui. & in d. l. j. C. de furt. & ī l.

20 1. C. de ꝯfessio. ¶ Quis † dicat̄ iudex cōpetens in cā appellationis, qñ appellat̄ à dño feudi, uide Abb. hic, in vlt. col. q dicit, ꝙ dēt appellari ad mediatū superiorē, etsi dñs sit persona ecclesiastica, & mediatus superior laicus. Pro quo ī ducit tex. cùm gl. in c. Romana. §. dēt. de appell. in 6. & de hoc est ēt gl. & ibi declarat Pan. in c. 2. de delic. pueror. & vide oīno Domi. in d. §. debet. vbi di-

a cit, ꝙ si ēps cognoscit[a] de cā temporali, tanquā delegatus iudicis, vel principis, ab ipso appellabit̄ ad principē secularē, p gl. in verb. supplicis. 24. q. 8. c. sæpe. Aut cognoscit vt ordinarius. & tūc si cōsuetudo, vel priuilegiū specialiter disponit, ad quē sit appellandū, tūc illud seruādū est, vt dicit tex. in d. §. dēt. Aut nihil disponit de iure speciali, & tūc aut iurisdictio tēporalis est in totū translata ī ecclesiā donatione, vel alio mō: & tūc appellabit̄ ad archiepiscopū, per d. §. dēt. Aut nō est totaliter in ecclesiā translata, sed ecclesia tenet illā in feudū ab imperio, & tūc appellabit̄ ad imperatorē, per gl. in c. solitæ. de maio. & obed. & Arch. in c. his ita. 11. q. 1. & ibi dicit ēt Dom. ꝙ si eps habet feudū à rege, & ipse subinfeudauit alteri, ꝙ remanet iudex copetens in eo, & ꝙ ab ipso appellabit̄ ad regē. Vide ēt Bar. in l. j. §. si qs à principe. ad fi. ff. đ app. ubi dicit, ꝙ ab epo comite appellatur ad superiorē comitatus, ētsi sit laicus, dūmodò recognoscat eū in superiorē, secus si comitatus esset patrimoniū ecclesiæ. Et idē dicit ibi, si clericus aliquis sit factus rector alicuius ciuitatis, qa tūc appellabit̄ ad superiorē illi⁹. Et idē dicit, si vn⁹ rex haberet comitatū, & ī illo iudicaret, vt comes: ab ipso enim appellabit̄ ad superiorē, in quantū comes, nō aūt in quātū rex. Et hæc dicta Bar. sequit̄ Abb. in rub. infrà de appell. in fi. & ibi infert, ꝙ à rectore scholariū clerico ꝓpellabitur ad superiorē laicū. qa in rectoratu nō attēditur ꝙ sit clericus, nisi iudicaret clericū. Et hoc sequit̄ Io. de Ana. ī d. c. 2. de delic. pue. Vide tñ Abb. in c. verùm. infra. de fo. cōp. ubi dicit, ꝙ data negligētia dñi ecclesiastici īter uasallos laicos, pōt laicus supplere. Mouet̄ p dictū Inn. in c. solitæ. de ma. & obe. ubi dicit, ꝙ eps in feudalibus nō cognoscit tāquā eps, sed tāquā iudex ciuilis. Rō, qa istā potestatē habet a ll. ciuilibus, nō aūt Canonicis. vr̄. ꝙ nō sit uera opi. Inn. & Abb. hic, ꝙ appellat̄ in cā feudali ad superiorē, cùm imo possit per laicū, & sic minorē suppleri negligētia ecclesiastici, & sic superioris. SOL. Ibi loquit̄ in negligētia supplēda, quā pōt ēt minor supplere, hic uerò nos loquimur in appellatione, q̄ defert̄

21 de minori ad maiorē, ut patet per superiora. ¶ Vide † ēt ad hæc Ioā. An. in addi. in c. vidisti duas. in fi. in ti. de iur. om. iu. uers. q aūt. & Abb. in c. ueniēs in 2. no infra de accus. ubi dicit, ꝙ tēporalia data simpliciter ecclesiæ uident̄ in dubio pleno iure ꝯcessa, nec sibi aliquā recognitionē reseruasse ꝯcedēs. Qđ no. Et in quātū Abb. hic ad fi. dicit, ꝙ isti in iudicādo seruabūt ius feudorū, quo deficiēte seruabit̄ ius cōe, adde ꝙ data discordia iuris cōis inter ius ciuile & Canonicū, ꝓualebit ius Canonicū. Ita Bal. in c. imperialē. §. in uers. porrò. de prohi. aliena. feudi per Fed. ētsi dominus & uasalli essent laici. Vtrum aūt

uasallus uasalli mei sit uasallus meus, qñ est idem feudū, tangit hic Bal. & dicit, ꝙ sic, ego uero posui in c. quæ in ecclesiarum. de consti. super glo. in uers. in feudum, ubi uideri potest. Et hæc dicta sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ineptus notoriè, potest lacerari à iudice, etiam parte non opponente.*
2 *Purè & simpliciter, an ista verba tollant ordinem iudiciarium.*
3 *Non obstante iuris solennitate, quid hæc verba significent.*
4 *Procedas solennitate iuris remissa, an per hæc verba poterit cōmissus procedere in ferijs inductis in honorem Dei.*
5 *An habens commissionem iuris solennitate non seruata, possit recipere testes non iuratos.*
6 *Nomen actionis non est exprimendum in libello.*

CAPITVLVM VI.

Dilecti filii. ¶ Exprimere nomē actionis in libello quis non tenetur, debet tamen ita clarè factū deducere, ut ex eo colligi possit ius agendi[b]. H. D.

1 ¶ Libellus † notoriè ineptus, etiam extrinsecè, parte etiam nō opponente, pōt per iudicem lacerari[c]. Ita Inn. in c. j. de offi. uica. & Abb. hic in 2. no. per tex. hic. Sed ꝙ nō possit lacerari parte nō opponente, & petente, oppo. de gl. in cle. appellāti. de appel. q̄ dicit, ꝙ licèt notoriū releuet ab onere probādi, non tñ releuat ab onere ꝓponendi. Ergo si nō fuit hoc petitū, nō pōt iudex se intromittere. SOL. Dic, quòd illa gl. procedit, quando notoriū proponit̄ ad finem prosequendi eum ī iudicio, qa tunc debet exprimi & proponi. Sed ubi notoriū solùm exigit̄ ad finem notificādi, nō est opus proponere. Ista fuit doctrina Io. de Imo. ī d. cle. appellāti. ubi ita saluat Innoc. in d. c. 1. Adde dicto Inn. do. Ant. in c. p tuas. de senten. excō. ubi dicit, ꝙ notoriū equiparat̄ expresso in libello. Alle Inn. in d. c. j. Secundò adde gl. in l. q cùm maior. §. si patris in gl. fi. ff. de bo. li. ubi dicit gl. ꝙ ubi calumnia partis est euidens, pōt iudex ex officio ipsā repellere. Et uide Inn. ī c. ex parte in j. col. de resti. spo. vbi dicit, ꝙ libellus petēs ꝯcubinā, ē lacerādus, & idē gñaliter, si ꝯtinet peccatum. Sed ꝙ libell⁹ ineptus debeat admitti, allego tex. in c. debitores. de iureiu. ubi iurās soluere usuras, tenet̄ oīno soluere rōne iuramēti, ecce, ibi libellus euidēs erat ineptus, & ꝯtinebat peccatū, & tamen pars coacta fuit illi rñdere. Dicit ibi Car. in fi. ¶ Op. ad istū tex. de dicto Inn. in c. 1. de of. ui. sed rñdet ipse ibi, ꝙ in libello nō dicebatur expresse, peto usuras, sed ꝙ ille bene effectualiter in usuris fuit ꝯdennatus, & in fi. ibi aliter respondet dicens, ꝙ ideo ualuit libellus, quia si iste libellus nō fuisset admissus, pars remāsisset in peccato recipiē

b Ius agēdi. *Ad quā materiam vide, & adde, quæ habentur per do. Frāci. de Aret. in l. edita. C. de eden. q̄ est posita in impressis in fi. lib. vbi vide etiam do. Ias. May. in 4. col. & oīno ibi do. Alex. & Ioā. Fab. & ibi dom. Barto. Soc. in prin. illius l. vbi dicit, quòd cōis conclusio est, quòd sufficiat sola narratio facti, expressio causæ, & ex quibus oriatur actio. Alleg. arg. in l. 1. §. si enim. & ibi probatur. ff. de lib. & posthum. & dicit hodie esse casū hic, nisi aliter consuetudo curiæ obseruaret, vt dicit Bal. ī l. maiori. C. cōmunia vtri. iudic. Ex quib. īfert ipse, quòd cū non sit necessaria expressio si exprimatur & ineptè, non vitiat. Allegat ita dicere Bar. in l. 1. in prin. ff. de eden. & Inno. in c. examinata. infra eo. Facit gl. mag. in fi. in l. vinū. ff. si cert. pet. & adde do. Soc. in cōs. 188. incipien. Visa bulla Pauli. ij. vers. confirmati, quia satis est in ij. parte, char. 62. quòd libellus satis est, quòd virtualiter dicat, quod intentandum erat, licèt non formaliter.*

c Lacerari. *Adde idē tenentē do. Ale. de Imo. in l. j ff. de offic. assess. vbi ēt vide per Bar. & adde do. Soc. in cons. 146. inci. Viso processu. circa me. 5. col. ī ii. par. char. 220. Sed quid si libellus sit p par. aptus, & p parte ineptus an ēt pars apta vitiatur p ineptā? Dic, ꝙ nō secūdū eū in d. cōs. in ver. cōfirmantur prædicta. circa med. char. 219.*

do

Universidad de Deusto
Biblioteca

do vsuras, vna admittit: & deinde eis solutis ab ipso pñt
repeti, vt dicit ibi text. vt hoc modo à peccato releuet,
& vt ēt solutis ille releuet a periurio, in quod incurreret
nolens soluere: & sic dicit ipse ibi, est hic casus singula-
ris, in quo admittit libellus ineptus & cōtinēs peccatū,
2 vt pars nō remaneat in peccato. ¶ No. † ibi, purè & sim-
pliciter, qđ ista verba nō tollūt ordinē iudiciariū: vt hic
per Abb. Dicit hic dñs meus, quod quo ad istū tex. Abb.
bene loquit, sed ꝙ tñ illatio eius est periculosa, ꝙ ꝑ hæc
verba non tollat ordo iudicarius: quia in isto tex. non dr
simpliciter, &c. sed cū adiūcto, s. fm formā Canonū. Vñ
non est mirū, si in isto tex. nō vr remissa solennitas iudi-
cialis, ut hic per ipsum. Sed omisso isto tex. an ista verba
de qb. in ipso, faciāt, ꝙ videat sublata solēnitas iudicialis? Di-
cit hic ipse, quod sic. alle. Bal. in c. j. §. inuestitura, de noua
forma fidel. in usibus feu. in l. fi. in princ. C. de iur. delib.
Et rō est, quia sic iudicaturus, iudicat tāquā Deus, qui so-
li ueritati inititur. Secundò alle. Lud. in rub. de arbi. vbi
dicit, ꝙ hęc verba importāt, ꝙ possint termini abbreuia
ri, & quod iudiciū efficit quodā mō summariū. Tandē
ipse concludit, quòd per hæc verba non tollit solennitas
substantialis, qua omissa processus vitiaret: & sic vr tene
re cū dño Abb. Sed tu vide dños de Rota deci. nouis, ī ti.
de rescrip. secunda incip. Itē qñ cōmittit. ex quorū dictis
ibi satisfiet motiuo dñi mei hic. Et de istis verbis, de qb9
in tex. Rei veritate attenta, &c. vide Ro. consi. 20. incip.
Viso puncto. ex quo sequit, qđ idē erit de illo verbo, Pu-
rè & simpliciter, quod dñt dñi de Rot. de illo verbo, Fa-
cti veritate inspecta. Et de his vide, quæ ego scripsi in c. j.
de cōstit. col. maximè 18. in uersi. & si dr sola veritate in-
specta. Quid aūt importēt illa verba, Reiectis iuris apici
bus, vel subtilitatibus? Areti. hic alleg. tex. in l. fideiussor.
§. quædā. ff. mandat. ubi dicit textus, quòd sunt remotæ
oēs exceptiones, & ꝙ solùm debet disputari, an sit debi
tor, vel nō. Secūdò alle. Bal. in l. si mancipiū. §. si cōi. ī ad-
ditionibus suis, ff. de euic. ubi dicit, ꝙ per hæc verba ces-
sat exceptio ordinis: puta, de duobus reis, & excussionis,
qa istæ exceptiones nō tāgūt factū principale. Et pro hoc
facit fm ipsum, qđ scribit Bart. in l. j. vlt. col. ff. de cōdi. in
de. vbi dicit, ꝙ tales exceptiones, q̄ nō tangūt ius partis,
dicunt inductæ ad iuris rigorē seruandū. Ergo dēnt tolli
per hæc uerba: qa pro eodē accipit rigor iuris & subtili-
tas, ut hic per ipsum Are. Sed ꝙ exceptiones oridinis nō
tollant per hæc uerba, alle. Bal. in l. fi. §. sed & si qs. C. cō
mu. de leg. vbi dicit, ꝙ arbiter, qui procedit de æquitate,
nō pōt reijcere exceptionē executionis, qñ procedit cō
tra tertiū possessorē hypothecaria. Ergo eodē mō, qñ de
bet procedi reiectis apicibus iuris. Secūdò alle. Bar. in ex
trauag. ad reprimēdū. in uerbo, uidebit. in fin. ubi dicit. ꝙ
quæcūq; clausula apponat in cōmissione sub quacunq;
forma uerborū, nunquā prætextu talis cōmissionis po-
terit iudex auferre exceptionē acquisitā parti, quātūcū-
que de rigore iuris inducta. quia per tales clausulas iu-
dex habet potestatē circa processum, nō aūt circa ius q̄-
situ parti ante processum. Tādē ipse ꝯcludit, ꝙ ꝑ hęc ver
ba non sint sublatæ exceptiones hmōi, ut hic per ipsum
latè, maximè ꝑ doctrinā Bar. in d. extrauag. ꝓ quo alle-
go Mathesilanū nō. suo 14. incip. No. ꝙ ubi iudex. Et nō
obstat dictū Bar. in d. l. j. ff. de ꝯd. inde. inducēdo, ut hic ꝑ
do. meū, ꝙ rigor & subtilitas æquiparant: qa negat hoc,
ꝙ æquiparent: qa exceptio licèt sit rigorosa, tñ est iusta,
ex quo in iure scripta reperit. Ideo teneo, ꝙ per talia ver-
ba, Reiectis apicibus, uel subtilitatibus iuris. nō tollat or
do. Limita oīno prædicta, nisi daret potestas in diffiniē-
do, puta diffinias purè & simpliciter, qa tunc super mō
procedēdi nō uidetur datū arbitriū, sed solùm circa dif-
finitionē. Ita dicit do. meus hic per dicta per Bar. in l. si in
lege. §. j. ff. loca. Hoc dictū assumit Pau. de Cast. in l. q Ro
mæ. §. Callimachus ff. de verbo. obli. & sequit Bal. in l. j.
C. de iure delib. in 1. col. & Ange. in l. j. ff. de testa. tut. Ista
intellige, nisi quatenus processus respiceret ꝓbationē fa
cti principalis, qa tūc dr tāgere decisionē, nō ꝓcessum, vt
hic ꝑ ipsum Aret. nō aūt præparatoria. Quæ omnia no.
3 ¶ Quid † si dicat, Non obstante iuris solennitate? Dici

hic Abb. in 2. col. in fi. & seq. in prin. post Bar. ī l. filiusfa-
milias. ff. de dona. ꝙ ꝑ hæc uerba cēsēt sublata solēnitas
iuris. ciuilis, nō aūt iuris diuini, uel gentiū. Vñ inferūt, ꝙ
in tali cā sufficiūt duo testes, licèt alias reqrerent plures.
Itē ꝙ poterūt recipi testes ēt infames. qa iste est defectus
iuris positiui. nō tñ poterūt habētes tñ cōmissionē tolle
re citationē, ut hic ꝑ ipsū Abb. & Bar. ubi supra, qa hoc
respicit defensionē, &c. ¶ Quid, si dictum fuerit, Facias,
prout uolueris? Dic ꝙ tñ semper vr exclusus dolus. Et de
istis & similibus posui latè in d. c. j. col. 15. & quinq; sequē
tibus, de ꝯst. Circa istas clausulas tñ no. ꝙ habens ꝑtātē
faciēdi actū partibus nō reqsitis, dēt tñ, postquā actū fe-
cerit, illū partibus notificare: alias diceret uersari in do-
lo. Ita Bal. in l. eos. C. de app. in §. apostolos. Itē uide Bal.
in c. ꝯsanguinei. de re iu. in fi. ubi sentit, ꝙ ista uerba, ꝓce
das de facto. importāt idē, qđ ista, Procedas solēnitate iu
4 ris relicta. Et idē tenet in l. solā. C. de testi. ¶ Sed † q̄ro, stā-
te tali cōmissione procedas solēnitate iuris remissa, an
talis poterit ꝓcedere in ferijs inductis in honorē Dei? Di
cas, ꝙ sic. Ita Bal. in l. j. ff. de testa. mili. & Bar. & Bal. in d. l.
filiusfamilias. & Bal. & Ang. in l. milites. C. de testa. mili.
& Anc. in cle. sæpe. de uerb. sig. & Ludo. in repet. rubri-
cæ, de arb. q. 17. in uersi. itē an hoc casu procedi possit die
bus feriatis. Alleg. tex. in l. ꝓuinciarū. C. de ferijs. ubi tex.
dicit, ꝙ tali die pñt famosi latrones suspendi. Itē ibi in li-
bro meo alleg. gl. in l. quadraginta. C. eo. ti. de fer. q̄ dicit
ꝙ de ꝯsuetudine nō seruat ille tex. Cōtrariū tenet Inno.
& Lud. met. in d. l. filiusfamilias ꝑ no. ī cle. sæpe de uerb.
signifi. in gl. in uerbo. ob necessitatē. cui addo ꝯsociā in
l. oēs. in gl. fi. C. de ferijs. & ibi ēt alleg. Bar. in extraua. ad
reprimēdū. in uerbo, sine figura. Nō obst. tex. in d. l. pro-
uinciarū. qa ibi imperator nō tollit tales ferias, & sic ius
diuinū, sed limitat, ꝙ ex cā pōt, ut ꝑ Bart. in l. oēs populi.
ff. de iust. & iur. 2. q. 3. q̄stio principalis. Sed ꝑ hæc uerba
generalia nō ur tollere, nisi aliud appareat. Et istā teneo.
Nō obst. gl. in d. l. quadraginta. quia qđ in illo tex. dicitur
non fuit inductū iure diuino, sed ibi ab imperatore, per
illam l. nimirum si per contrariam cōsuetudinē potuit
5 illi derogari. ¶ Sed † iterum quæro, an habens talem a cō
a missionē procedendi iuris solennitate
non seruata, possit admittere testes nō
iuratos? Dic ꝙ sic, fm Bart. in locis pal
leg. Augetur ratio, quia iuramētum
hoc est de iure positiuo. Ita Ioā. An. in
regula, non est, de re. iur. in 6. quia per
partes remitti potest, ut per Bart. in l. j.
ff. de fer. Contrariū tenet Bal. & Ange.
in d. l. milites. & imo. & Lud. ī d. l. filius
familias. tñ prima opi. uerior est & cō-
* munis. * Hoc firmat Anch. in d. cle. sæ
pe. & Ro. in d. rubr. de arbit. in uerbo.
itē an uigore dicti arbitrij. in d. 17. q. in
gl. 1. Pan. hic aliqualiter insistit. Sed tu
uide de ista subtilitate Rom. con. 490.
& đ multiplici subtilitate, uide ēt Imo.
in cle. sæpe. in 3. col. de uerb. signif. & ui
de ēt Arch. in d. c. si cuius. 16. q. j. ubi ponit de multiplici
simplicitate, q̄ omitto, quia intelligetis ꝑ uos. ¶ Gl. in uer
bo, actio. Causa exprimēda est eo mō, quo dñt. hic Doc.
Primò declara, ꝙ sufficit cām exprimere, licet nō expri
mant appenditiæ ipsius causæ. Ita Inn. in c. 1. de libel. o-
bla. de cuius dicto meminit Bar. in l. j. in prin. ff. de eden.
in 2. col. Imo. in c. super hoc. de renūc. Et hæc qdē debēt
bene ēt exprimi, quando imploratur officiū iudicis. Ita
do. Anto. in c. Bertoldus. post Inno. ibi in fi. de re iudic.
¶ Itē not. quòd ualet iste libellus, Peto censum ꝯsuetum
mihi ꝑstari tanto tempore, cuius initij memoria nō exi
stit in ꝯtrariū, licèt in eo non sit expressa causa. Ita Cal.
cons. suo j. in tit. de libelli oblat. quia in re antiqua ē im
possibile scire causam, & tps nō probat obligationē, sed
cām obligationis. Et hæc est vna limitatio ad ca. ꝓuenit.
de censibus. pro quo allego Bart. in l. cùm de in rem uer
so. ff. de vsur. & Host. in summa, de cēsi. post pri. Itē ualet
libellus sine expressione illius cāæ, Parte non opponēte.
Inno.

a An habēs talē. *Adde in simili, pone quòd statutum dicat, ꝙ credatur tali personæ, an intelligatur cū iuramento, vel sine iuramento? Et dic, cū iuramento. Casus est in l. Theopōpus. ff. de do. præle. Ang. in l. uacātia C. de bō. vac. li. 10. in vers. sed īcidenter opponitur.*

Inno. in c. cùm dilectus. de ord. cog. Quod dictū allegat
Bal. in l. generaliter. C. de reb. cred. Bal. & Imo. ī l. Gallus.
§. si eius. ff. đ liber. & posthu. Itē si cā exprimit, & ineptè,
libellus est nullus ēt parte tacēte: puta, peto decem: quia
rex est in Frācia. Ita Bar. in l. j. ff. de eden. & sequit ī l. j. C.
eo. in repe. Padua. Ratio: quia ex expressione causæ cō
stat de calumnia libellātis, & propterea iudex potest ta
lē ex officio suo repellere. Quæ rō cessat, vbi nulla cā ex-
primit. Et pro hoc facit gl. in verbo, de nouo, ī fi. ī cle. ꝯsti
tutionē. de ele. Et qñ nomē actionis sit exprimēdum, tā
de iure ciuili, q̄ Canonico, vide plenè Bal. ī l. edita. ī rep.
Perusina, C. de eden. ī vers. & quæro primò de expressio
ne cāæ. Et qualiter sit exprimēda in libello ꝑsonali, vel
reali, vide Maria. in cōmento c. 2. de libel. obl. in ver. de
6 cimò quæro. ¶ Nomē † actionis in libello nō exprimē-
dū. Fallit primò, qñ pars interrogaret iudicē vt interro-
garet agētē, qua actione vellet agere: nā hoc pōt facere
iudex ad petitionē partis. Ita Domi. ī c. quo iure. dist. 8.
Sed istud dictū facilè reprobatur, qa si narratio ꝯcludit
actionē, ē clara, si nō est inepta, & ideo reijciet, & sic nul
lo mō pōt stare hoc dictū. ¶ Scđò fallit, vbi iudex dubi-
taret de dolo circa actionē, q̄ nō exprimit, quia tunc pōt
cogere agentem, vt exprimat actionē. Ita Host. hic: qđ
dictū alleg. Ang. ī l. j. C. de edē. ¶ Tertiò fallit in causis spi
ritualibus, in quibus minor solēnitas & narratio requi-
ritur, sed in ciuilibus requiritur talis narratio, ita ꝙ om-
nino cognoscatur causa. Hanc differentiā ponit Ioan.
An. ī tit. de accus. §. j. ver. porro in addi. ad Spe. & ipsam
sequitur Lappus, alleg. sua. 70. in 1. col. ¶ Quartò fallit, ni
si ex narratis possent resultare plures actiones ad diuer-
sum effectū, secus si ad eūdē. Ita Bal. & Imo. ī l. Gallus §.
si eius. ff. de lib. & post. & est glos. in l. si duo. in prin. & ibi
Bar. ff. de sol. Et ita intellige tex. in l. quod in hæredē. §.
eligere. ff. de tribut. & ita hūc punctum inducit Bal. in l.
edita. in repet. Padua. Quod not.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non potest esse testis 8.*
2 *Verba generalia alicuius dispositionis, quæ inducta sunt in odium alicuius non debent in fauorem eius interpretari.*
3 *Priuatus loco capituli, non est priuatus quo ad onera.*
4 *Excommunicatus an possit petere reuocari tenutam. & nu. 5.*
6 *Periurus an reppellatur à iudicio.*
7 *Exceptio excommunicationis an possit opponi à tertio.*
8 *Excommunicatus non potest appellare a denegatione audientiæ.*
9 *Excommunicatus contemnens absolui, nō auditur etiam vt reus. & Gesta ab excōicato actore in iudicio valent, si non apponatur.*
10 *Suspensus & interdictus bene agere potest.*
11 *Item excommunicatus excommunicatione minori.*
13 *Alia exceptio ponitur num. 12. & quod Excommunicatio nō obest, si venit ad iudicium tanquam publica persona, secus si venit vt priuata.*
14 *Excommunicans si cedit iura sua alteri cessionario, non obstat ex communicatio cedentis, quin agere possit.*

CAPITVLVM VII.

INtelleximus. ¶ Excōicatus ī iudicio stare ñ pōt,
nisi tanquā reus. Hoc intendit vsque ad fi-
1 nē. ¶ Excōicatus † nō pōt esse testis a. Hoc
a amplia, ēt si dicat excōicationē nullā Tex.
est in c. veniens. scđo, de testib. de quo facit ibi festū do.
meus, in 8. no. ¶ Limita hoc, vt nō ha
beat locū in teste instrumētario, quia
in eo bene pōt esse testis. Ita Inno. in c.
pia. de except. in 6. in fi. qđ dictū sequit
do. Ant. in c. ex literis. de trāsac. Ratio:
quia licèt testificari sit publicū officiū,
tñ testis nō reddit testimoniū rōne pu
blici officij. Ita dicit Inn. ī c. nihil. quasi
in fi. de elect. Cōtra hoc tñ arguit sic:
Actus testificādi est actus à iure appro
batus. & sic est actus legitimus. sed excōicatus nō potest
exercere actus legitimos. Casus est in c. l3. de sent. excō.

a Testis. *Adde, quæ ad hoc habentur per Anch. in capit. Rodulphus. suprà de rescript. & quod ibi in apostil. & in d. c. veniens alle. in text.*

in 6. Ergo nō poterit esse testis ēt instrumentarius, sicut
nō pōt esse iudicarius testis. Respōde, ꝙ sunt aliqui actus
q sunt legitimi, tā in se, q̄ respectu faciētis, vt putà in ta-
bellione conficiente instrumentū, & iudice proferente
snīam. Quidā sunt actus legitimi ī se, sed respectu facien
tis priuati, vt ꝯtrahere & testificari. Primi qdē sunt ꝓ-
priè actus legitimi, & in his loquitur d. c. l3. sed in secun-
dis, qui sunt legitimi in se, sed nō respectu facientis, nō
procedit d. c. l3. Ita dicit do. Car. in rep. c. perpēdimus. de
sent. excom. qđ dicit notādū, quia est doctrina noua nō
ꝯsiderata ꝑ alios, & amplia ꝑdicta ēt in excōicato publi
co, quia pt facere actus legitimos scđo mō, nisi reperiat
2 specialiter prohibitus. ¶ Not. † ex isto tex. fm oēs, ꝙ ver
ba gñalia dispositionis inducta in odiū alicuius, nō dēnt
unquā in fauorē eius interpretari. Et ꝙ odiū nō possit ꝓ-
desse, do. And. alleg. hic. Car. in c. Ioānes. de testa. vbi di
cit, ꝙ executor, qui fuit ꝑ annū negligēs, pōt inuitus co
gi ad executionē, vt illā finiat, quia hoc facit ī pœnā eius
cū negligētia sibi nō debeat prodesse. Scđo alleg. Bar. in
l. j. C. đ digni. lib. 12. vbi dicit ꝙ si nobilis delinquēs ex for
ma statuti ꝑdit nobilitatē, ꝙ intelligit ꝑdidisse, quo ad lu
cra & honores, nō aūt, quo ad dāna & onera & incōmo
da. Et ꝑ hæc & alia multa, đ quibus ꝑ eū, reprobat dictū
Bal. ī c. dilectus. de resc. vbi dicit, ꝙ bānitus nō arctat edi
cto de eūdo in exercitū, quia dicit ipse,
ꝙ est falsum: qa hoc mō reportaret cō
modū ex banno, qđ est inductū in eius
odiū. Ego ad hoc allego gl. in §. fi. in c.
2. de ꝯfes. ī 6 q̄ dicit, ꝙ ꝯtumax in rñdē
do habet pro ꝯfesso, postquā ē iussus
rñdere, si illa ꝯfessio tēdit in eius dānū,
secus, si in cōmodū. Scđò allego Bal. in
l. cùm proponas. scđò, C. de pact. vbi di
b cit, ꝙ clausula b, Rato manēte pacto. ñ
prodest frāgenti pactū, sed alteri parti.
Tertiò allego Car. in cle. j. in 6. opp. de
3 reg. vbi dicit, ꝙ † priuatus loco capituli *
nō est priuatus, quo ad onera, arg. c. re-
prehēsibilis. ī verbo capituli disciplina.
de app. Et ibi ēt dicit, ꝙ excōicatus nō
est exēptus ab officio, qa dēt dicere il-
lud priuatim. Et ad hoc allegat c. ꝓ il-
lorū. de pb. vbi ꝓbat, ꝙ valent gesta ab
excōicato ī ei9 incōmodū & odiū. Itē
facit tex. ī l. 2. §. nemo. ff. de capi. dimi.
vbi ꝓbatur, ꝙ nemo ex delicto repor-
tat cōmodū, & in l. tutela. §. itē. Et ibi
Bar. dicit eo. tit. ꝙ ex bannitus, l3 desi-
nat esse ciuis, tñ dēt intelligi, quo ad cō
modū suū, nō aūt incōmodū. Reliqua
vide hic ꝑ Barb. Et ita notādū ꝯuerso
ꝙ fauor nō dēt retorqueri in odiū, vt
dicā in fi. ī eo. ¶ In gl. j. in verbo, ꝯueni
ri. dicit, ꝙ aut sumus ī loco insigni, vbi
facilè est reperire ꝓcuratorem, & tūc
nō debet excōicatus admitti. Et proce
dit opi. Cal. Aut vero sumus in loco, ī
quo nō pōt de facili reperiri, & tūc ad-
mittit excōicatus, & procedit opi. glo.
* & Doct. cōis. * Sed ꝙ excōicatus nun-
quā possit per se cōparere, & sic cōtra
Do. Abb. primò arguit de gl. ī c. Pasto-
ralis. ī eo. SOL. Illa gl. loquitur, prout
iste tex. hic. Si ergo iste tex. limitat hic
ita per oēs, ergo illa gl. debet ita limita
ri & declarari, dū dicit, ꝙ debet ꝑ aliū
respondere. Secundò alleg. text. in l. cū miles. ff. de alie.
iud. mut. cau. fa. in versi. experiri oportet. vbi probatur.
ꝙ si quis cessit iura sua potentiori, nō tenet cessio, & ip-
se debet agere, nec, poterit constituere procuratorem.
Vnde dicit sic. si vbicunque in pœnā alicui imponitur
necessitas litigandi per se, nō pōt ꝯstituere procurator.
ita eodem modo e conuerso, vbi imponitur alicui ne-
cessitas litigandi per alium, non poterit ipse per se litiga
re,

b Clausula. *Adde tu, quòd glos. in c. cū inter R. đ ele. dicit, quòd clausula, Rato manente pacto. operatur ēt in fauorem cōuenientis. Ibi vide do. Abb. ī 4. col. vers. & no. ex hac solu. Adde tamē quod cōis * opi. est. in cōtrariū, quod imo ista clausula, Rato manente pacto, posita ī contractibus vel instrumentis videtur esse posita in odiū conuenientis, non in fauorē. Ideo pœna pōt peti, & ēt reijci à possessione. Bart. in l. 2. in ver. quæro, quando promissa est. C. de iure emphy. Adde Bart. in l. qui fidē. ff. de trāsac. ī ver. quid si hoc casu. Adde, quod ista clausula Rato manente pacto, in instrumento pacis operatur, vt vnus possit petere pœnam pacis ruptæ, & venire contra pacem. Ità Car. ī c. potuit. de loc. vbi ēt Mod.*

Universidad de Deusto Biblioteca

re, sed cogetur cōstituere procuratorē. SOL. Ille text. di
cit, dominū experiri oportere, nō vt tollat facultatē sibi
constituēdi procuratorē, sed vt excludat militē. Tertiò
dicit: Ipse faciat. Nā hæc decretalis emanauit ī ordiū ex
cōicati. Ergo non dēt ex ea sibi aliquod cōmodū resul-
tare: quod fieret, si posset per se rñdere, inducēdo vt hic
per eū in uer. tertiò faciat. Dñs aūt meus hic dicit, ꝙ vbi
pōt inuenire procuratorē idoneū, nūquā poterit cōpare
re per se ꝯtra Abb. Et ꝙ p̄sumitur, ꝙ de facili possit inue-
nire, si est in loco insigni: aut verò nō pōt, & tunc potest
per se cōparere rationib. & argumentis, de quibus hic ꝑ
eū in vlt. col. Quæ opinio & distinctio fuit priùs Barb. vt
s̄. dixi, licèt Barb. ipsam reprobet. Et dicit hic dñs me⁹, ꝙ
in criminalibus admittitur excōicatus ex persona pro-
pria, vt hic per eū in fi. vbi hoc mō tollit vnū motiuum
Abb. hic. Ego verò pro prima ꝯclusione allego Domin.
4. q. 1. ī summa, vbi dicit, ꝙ dū esset scholaris, repetijt istā
decretalē: & tenuit opi. Cal. contra do. Ant. ꝙ nullo mō
possit per se cōparere, & loquiṫ indistinctè. Pro secunda
verò cōclusione allego Ang. in l. si is, qui ita hæres. ff. de
hæred. instit. vbi dicit, ꝙ audiuit Bart. allegantē viua vo-
ce dictā l. ideq;. Et per hoc fortè dēt limitari dictū Bart.
& Pau. de Cast. in l. fi. ff. de pig. actio. & Bal. in l. fi. in fi. C. đ
execu. rei iud. dū dñt, potestas excusaṫ capiendo vilē per
sonā pro iustitia ministranda. qa si nō inueniret vilē &
idoneā, ipse cogiṫ facere per se. Et sic ex præmissis cōclu
diṫ, ꝙ excōicatus semper teneṫ mittere procuratorē, ni
si esset ita destitutus quòd omnino inueniri non posset.
4 ¶ Vtrùm† autē excōicatus possit petere reuocari tenu-
tā? Bar. in l. de pupillo. §. fi. ff. de ope. no. nun. vbi loquitur
ēt in bannito, dicit, ꝙ aut venit principaliter ad se defen
dendū, sed in consequentiā uenit ad petendū rescissionē
tenutæ: & tūc audiṫ. Aut verò principaliter petit reuo-
cari ipsam tenutā, tunc, qa dr̄ agere principaliter, nō au
diṫ. Et istā opi. sequiṫ Imo. & Dom. in c. j. de rescrip. in 6.
& Imo. in c. cùm inter. de excep. Et ad istam q. dicit hic
Are. ꝙ seruit nobis decisio Ioā. An. in addi. ad Spec. in ti.
de accusatore. §. sequiṫ. in add. magna, in §. gradū septi-
mū quæstionis. vbi tādē deducit per aliqua, ꝙ bannitus
prohibitus querelare, poterit accusatorē suū accusare,
ꝙ produxerit falsos testes, ꝙ nō haberet aliud remediū
excipiendi. Et ita dicit ipse Arch. hic ubi s̄. Idē debemus
dicere in excōicato petēte reuocari tenutā, ꝙ si pōt sibi
ꝯsuli per viā exceptionis, nō audiaṫ agēdo principaliter,
ꝙ tanta reuoceṫ: aut verò nō pōt sibi esse cōsultū ꝑ viā
exceptionis. & tūc admittiṫ ēt principaliter petēdo ipsā
reuocari. Et ita ꝯcludit ipse, & per alia, q̄ videas hic per
ipsum ubi suprà. Et distinctionē, quā facit in §. fi. Bar. exē
plifica pulchrè, vt dicit Paul. de Cast. & Imo. in d. l. de pu
pillo. §. qui remissionē. vbi dñt, ꝙ habuerunt istū casum
de facto in ciuitate Florētiæ, vbi est statutū, ꝙ q obtinuit
tenutā, pōt facere fieri præceptū de discōbrādo. Pone er
go, ꝙ ille, qui habuit tenutā in bonis banniti, vel excōi
cati, facit fieri dictū p̄ceptū. ille comparet ad se defendē-
dū à præcepto, ne teneaṫ discōbrare, & dicit tenutā esse
nullā ex aliqua iusta cā, & iō petit ipsā reuocari. Dñt ip-
si, ꝙ hoc pōt facere, qa petit hoc incidenter, nō aūt prin-
cipaliter, sed bene principaliter, defendit se à dicto p̄ce-
pto. Si aūt nullū factū foret p̄ceptū, tūc dñt ipsi, ꝙ si cōpa
ret sciēs tenutā esse datā ꝯtra se. & dicit eā nullā, & petit
ipsam reuocari, tūc venit principaliter, & nō dēt audiri.
Hoc tñ dñt verū, qñ ipsum impugnat de nullitate, vel in-
iustitia, sed si ipsum nō impugnaret, sed peteret eā reuo
cari offerēdo satisdationē de iudicio sisti, & satisfaceret
de expensis: iuxta auth. ei, q. C. de bonis autho. iud. poss.
tūc petens eā reuocari, debet audiri, qa tūc non diceret
hoc facere pricipaliter, sed causa se defendendi à prima
citatione. Et idem dicerem, ꝙ nō deberet audiri, ubi di-
ceret se nō citatū, & nihilominus peteret ipsam reuoca
ri, qa tūc diceret reus voluntarius, quo casu nō debet au
diri, etiāsi diceret se spoliatū, vel turbari, vt plenè scripsi
post Doct. in d. c. cùm inter R. col. 6. & seq. in uersi. quo-
tidie allegantur. de excep. ¶ Sed† ꝙ excōicatus nec prin
5 cipaliter nec in ꝯsequeutiā possit petere reuocationem
tenutæ, tenet Host. in c. dilecto. de verb. sign. & ita sentit
Spec. in ti. de cōtuma. §. fi. ver. sed pone, reus. & Imo. &
Lud. in d. §. fi. contra Bar. Ratio est, quia negaṫ, ꝙ veniat
in virtute citatiōis. Nā data tenuta citatio peregit cursū
suū, cui acquieuit faciens citare. ¶ Secūdò mouenṫ, quia
excōicatus nō pōt petere sibi solui, nec etiā pōt sibi sol-
ui, s̄m gl. in c. nos sanctorū. 15. q. 6. & in c. iuratos. ead. cā
& q. Pro ista parte ꝯsidera, ꝙ passus immissionem habet
annū ad eā inuocandā, & etiā post audiṫ, c. qñ frequen-
ter. §. fi. ut lite nō ꝯtest. Præterea excōicatus non pōt di-
cere sñiam nullā. Ita Io. An. do. Ant. Imo. & Abb. in c.
significauerūt. de excep. ꝙ est intentio Rotę deci. s̄m nu
merū meū 451. inci. item fuit dubitatū. & Io. An. in c. j. đ
rescrip. in 6. & est opi. cōis. Rō est, qa si posset dicere de
nullitate, posset ēt super ea impetrare. Patet in ca. fi. de
exce. sed nō reperiṫ, ꝙ possit impetrare, nisi in causa ap-
pellationis, c. j. de rescript. in 6. ergo &c. Itē non est eadē
rō ī nullitate, q̄ in appellatione, qa sñia nulla non trāsit ī
rem iudicatā, & erit sibi ꝯsultū, qñ peteṫ executio sñiæ,
nā tunc excipit de nullitate sñiæ. Pro ista opi. facit, quia
excōicatus nō pōt petere laudū arbitratoris reduci ad
arbitriū boni viri. Ita Bal. in c. cùm inter. de excep. Imo.
in d. c. significauerūt. Rō, qa arbitramentū nō transit in
rē iudicatā. Inn. in c. Quintauallis. de iureiur. & Bar. ī l. si
societatem. §. arbitrorū. ff. pro so. Et Ioā. An. in c. j. de re
scrip. in 6. dicit ꝙ excōicatus incarceratus nō pōt cōque
ri de nullitate capturæ, aut iniustitia, qa non reperiṫ per
missum. Ex prædictis ergo vr̄ posse probabiliter dici, ꝙ
ex quo excōicatus habet lōgū tempus ad reuocandū, &
tpe secundi decreti poterit ꝯqueri excipiendo de nulli-
tate & iniustitia primæ tenutæ, sequiṫ, ꝙ interim cogeṫ
facere, & nullo mō audiet, si petat reuocari tenutā. Qđ
nota. ¶ Quòd aūt in ꝯsequētiā possit, & sic pro opi. Bar.
arguiṫ primò sic, qñ qs vocaṫ ad cām, cōparitio est neces
saria, nō volūtaria, c. dilecti. de excep ī ver. traxisset. Pro
hoc est tex. in terminis, in l. pupillus. §. 1. in verb. defen-
das, ff. de priui. credit. ubi agens ut rescindaṫ tenuta, sem
per dr̄ se defendere, sed excōicato concessa est oīs defen
sio, c. cùm inter. de excep. Ergo & ista erit sibi permissa.
¶ Itē eo ipso, ꝙ qs facit aliquem citari, licet reus, deinde
ipsum faciat citari, certe semper dr̄ hoc facere se defen-
a dendo. Tex. est cū gl. in l. libertus, [a] à pa
trono. ff. de in ius uoc. ubi dicit tex. ꝙ
si patronus fecit citare libertū, ꝙ si pa-
tronus est ꝯtumax, pōt libertus facere
citare patronū, & nō incidit in pœnā,
licèt nō petierit veniā. Ecce in termi-
nis ista tollūt rōnem Inn. & Ro. dū di-
cūt, ꝙ citatio peregit cursū suū. Et sic
patet ex p̄missis, ꝙ excōicatus in cōse-
quentiā pōt petere reuocari tenutā so-
lutis expensis & cauendo de iudicio si
sti. Non obstat, ꝙ habeat longū tps, & ꝙ de nullitate nō
p̄t dicere. qa ibi usq; ad executionem non grauaṫ. Pro-
pterea non dicit de nullitate, sed hic, ubi est facta immis
sio, statim grauaṫ, & ꝑ hæc dubito de dicto Ioā. And. su-
prà relato, ꝙ excommucatus non p̄t dicere de nullitate
incarcerationis, qa incarceratio est citatio realis, gl. in l.
ij. ff. de iurisd. om. iud. Ideo illud dictū reprobat Bal. ī c. j.
de rescri. in 6. in addi. & ipsū allegat Ioā. de Ana. in c. du
ra. in 4. col. de crimi. fal. Ad rōnem Host. ꝙ dicaṫ agere,
negaṫ, qa imo dr̄ se defendere, d. l. si pupillus. & pro hoc
adduco Ang. in l. non cogendū. §. fi. ff. de procur. ubi di-
cit, ꝙ petens reuocari tenutā, uel sequestrū, dr̄ se defen-
dere, & sustinet partes rei. Et fortiùs dicit Abb. ī d. ca. cū
inter. ut habeat locū hoc, etiam quādo petit principal'r
reuocari tenutā, qa uenit, stimulat⁹ ex facto iudicis, & sic
est reus necessarius, non aūt volūtarius. Item potest ap-
pellare. Ergo & petere tenutā reuocari, ut ibi ꝑ eum in
4. col. ad fi. Sed istud nō sustinetur, qa ī appellatione sti-
mulaṫ ab illis decem diebus, q dantur ad appellandum,
sed hic secus, ibi nō uenit in consequentiā. Ideo si venit,
dr̄ plenè agere & esse uoluntarius reus. Iō in primis de-
bet purgare ꝯtumaciā, & postea audietur. Et ex p̄dictis,
quæ

3 quid ſi renunciatū eſt teſtibus. & allegareꝫ iuſta cā , per quā excuſaret ſe,q prius nō produxit, volens nūc ꝓducere.Et in hoc ex dictis do.mei cōclude,ꝙ aut eſt in caſu huius decre.ꝙ erit opus reſtitu. in integ. ſ̃m Docto. hic.Nō obſt.l.tres fratres,ff.de pac.per quā vr̃ reſtituendus iure cōi,quia reſpondet do.meus in fi.ꝙ magis delīquit,qui ſubtrahit immediatè rem alterius per dolum, q̃ qui mediatè ſubtrahit probationem. Aut non eſt in caſu huius decre.ſed hēt iuſtam ignorantiā, cur teſtes ñ produxit, & tūc iure cōmuni nō per viam reſtitutionis iterū admittiꝫ,ſ̃m Bar.in authe.qui ſemel.C.de proba. & dixi poſt Imo.ſ̃.e.c.in cauſis.Et quamuis dom,meus hic in vno loco expreſsè impugnet hoc,dicens opus eſſe reſtitutione,& ꝙ nō valeat rō,dicēdo , ꝙ renūciatio nō tendit ad īcognita,qa ſatis poterat cogitare in gñere,tñ poſtea ſatis j̃.hoc reuocat,qa videmus,ꝙ poſt cōcluſionē in cā licitè producunꝫ inſtrumēta de nouo reperta.ſ̃m Bar.in l.admonēdi.circa prin.ff. de iureiu. & approbat Bal.in l.j.C.de ꝯdi.inde.¶Tertiò aduerte , qa per hæc inferꝫ ad impeditum producere teſtes, qui modò didicit teſtificata,& dic,ꝙ audiꝫ ñ ipſo iure, ſed ope reſtitutionis,quia ſi ſpeciale eſt, ꝙ poſt tertiam productionē ante didicita teſtificata propter impedimentū probatū iuramēto audiꝫ ipſo iure , ergo eſt in cōtrariū ius cōmune.Quòd autem cōpetat reſtitutio,probatur ex dictis Docto.hic,& rōne, qa ſi legitimè īpedito ꝯceditur reſtitutio ꝯtra ſnīam, ut patet in ca. cum Bertol-

Universidad de Deusto Biblioteca

dus.j.de re iudi.fortius ante sententiã, vt c.licet.s.titul. prox. Imò plus dicit Inn.in c.ultra tertiã. j. eo. & dom. Abb.in c.suborta j.de re iudi.ꝙ si aliquis fuit impedit⁹ añ sñiam producere testes, restituit aduersus sñiam, ut possit eos ꝓducere. Et idẽ dicit signãter Imo.hic, dicẽs ꝙ si pars cõsentit publicationi, dẽt sibi imputare, qñ cessante dolo aduersarij nõ cõtradixit, nisi fortè terminus instãtiæ personæ laberet, & pp impedimẽtũ nõ potuisset intra terminũ instãtiæ producere, nã tũc in cã appellationis poterit producere, saltẽ petita restitutione ex dicta clausula gñali, ſm ipsũ, quod bñ no. ¶Quartò aduerte, qa est dubiũ, utrùm ignorantia probabilis sit iustũ impedimẽtũ, vt ꝯcedat restitutio, ubi ñ processit ex dolo aduersarij. Exẽplũ, hæres succedẽs creditori nesciebat se habere quosdã testes ad probandũ debitũ, est ĩ ꝓbabili ignorãtia, l.q ĩ alterius.ff.de reg.iur. Quærit, qd si postquàm didicit testificata, velit restitui ad illos testes prius incognitos ꝓducẽdos, an audiat? In quo dicit do. meus, se multũ dubitare, qa nullus doctor tãgit. Et si qs petit restitutionẽ aduersus sñiam pp ꝓbationẽ de nouo
* repertã, cõis * est opin. ꝙ nõ daret restitutio, ut plenè tradit in l.j.C.de cõdi.inde.& in c.suborta.j.de re iudic. lʒ aliqui cõtrà, & qa ẽt publicatio & didicisse testificata, sunt inducta ad rigorẽ iuris, &c. vñ videret nõ esse locũ restitutioni. Sed tñ dicit ipse, ꝙ pp authoritatẽ rei iudicatæ multa specialr inducunt, ut sit finis litiũ, iõ posset fortè dici, ꝙ iusta ignorãtia eẽt cã sufficiẽs aduersus dicita testificata, sicut p eã ꝯcedit ĩ alijs casibus, qđ patet ex notatis in l.cum filius.§.in hac.ff.de verb. obligat. & p Bart.in l.j.§.si qs aũt.ff.de iti.actuque priu.& in c. uigilãti.j.de pscri. Dicit tñ se ñ determinare ꝓ nũc, sed istud satis ur determinatũ p pdicta, & p tex.& ꝙ ibi Bart.in l. diui fratres.ff.de exce.dũ limitat l. imperatores. ff. de re
4 iudi. ¶Gl.†fi.in fi. Et ꝙ ista lectura sit uerior, apparet secũdũ oẽs hic, qa frustra põderasset Papa publicationẽ aliorũ testiũ, qa tũc hęc fraus eẽt nouus casus, ſm primã lecturã gl.cui nõ obstat publicatio, ut s.ca.proxi.& j.e.c. cùm uenissent. ut hic p Docto. qbus in hac mã adde añ oĩa elegãs cõsiliũ do.Car.38.quod incipit, Quidã habẽs unũ filiũ.ubi ꝯsuluit ꝓ quodã hærede, cuius pater cum certa cautela reliquerat alteri filio spurio faciẽdo amplũ legatũ tertio, & rogãs eũ in psentia duorũ testiũ, ut spurio restitueret, recepto ab ipso & à testibus iuramento de nũquàm id reuelãdo, uñ quęrebat, an iuramentũ ualeret? & uidebat, ꝙ sic, p id, qđ no.Inn. ĩ c.oĩs.j.de pœ. & remis.ubi tenet, ꝙ ẽt laicus põt astringi sub sigillo cõfessionis, & tenet occultare, sicut sacerdos, qa in hoc ẽ minister Dei. Postea firmat cõtrariũ, dicẽs apud oẽs clarũ esse, ꝙ iuramẽtũ tale temerariũ est, nõ tantũ ſm largã denominationẽ, quatenus oẽ iuramentũ pstitũ sine cã est temerariũ, c.& si Christus.uer. Iacobus. j. de iureiu.& p illũ tex.no.gl.singu.ſm eũ, q̃ incipit, Vr in ca.Florentinũ.85.dis. sed ẽt est temerariũ strictè, quia seruari nequit sine interitu salutis æternæ, qa inducit mortale, scilicet taciturnitatẽ ueritatis, ut hic in gl.& dicit hoc ꝓbari specificè hic, & ĩ c.ꝯstitutis.& c.testimoniũ.j.e.& vtrobiq; p gl.& p Inn. Et denũciãdi sũt tales nõ teneri iuramẽto, d.c. ꝯstitutis.& c.olim.j.de accus. Et ipso iure ñ tenet tali iuramẽto, c.qa pleriq;.đ off.or.ĩ 6. Qđ capitulũ lʒ ponat casũ specialẽ, qñ platus astrinxit subditũ ad nõ pandẽdũ superiori inquirenti statũ ecclesiæ, tñ ex eadẽ æquitate idẽ est & in alio casũ, qñ deuenit ad taciturnitatẽ ueritatis in alterius piudiciũ. Dẽnt ergo & possunt taliter iurantes authoritate propria cõtrauenire, 22.q.4.c.j.2.& 3.& c.si aliquid.& j.de iureiur.c.si uerò.el j.ubi est tex.expressus. Et tenet Spec.in ti.de teste.§.j. uer. qd si iuramẽto. ſm ipsũ subdẽtẽ, ꝙ imo ẽtsi solum induceret ueniale, qđ dr dispendiũ esse salutis, & nõ interitus, ut no.gl.in præallegato c.si aliquid.& Arch.ibi, & in c. quãuis.de pact.in 6.idẽ dicendũ p illũ tex.c. quãuis.iunctũ cũ d.c.si uero. Et hoc ẽt de ueniali no.dom. Ant.ĩ c. cùm dilectus.s.quod metus cau.& Imo.in c.fi.j. de præscri.& in c.cùm ꝯtingat.de iureiu.& Bal.in c.fi.s. đ pac. Et subdit dom.Car.ibi, scilicet ꝙ tale iuramẽtũ temerariũ nõ repellit a testimonio, maximè in cã spũali, quamuis iurauit tenere occultũ, ut hic cum concord. & per hoc dicit Inn in c.testimoniũ. j. eodẽ. ꝙ nõ est periurus uiolãdo. Imò ex quo nõ seruat, psumitur pœnituisse de peccato, quod cõmisit iurãdo. Ex quo concluditur, ꝙ ualet testimoniũ, ẽt nõ docto ꝙ pœnituerit. Et hoc expresè tenet Arch.in c.quicũque 7.q.j.dicens, hanc esse
* communem*opi.omnium Docto. Et pro hoc ultimo inducit do.Car.ubi s.gl.Inn.in d.c.oĩs utriusque.soluendo id, quod s.ad cõtrarium fuerat allegatũ. Dicit enim
5 ibi Inno.ꝙ † quando quis reuelat amico in secreto aliquid causa cõsilij, uel auxilij, etiamsi dicat ei, ꝙ hoc dicit ĩ pœnitẽtia, tñ ex quo ñ facit ĩ forma ꝯfessiõis ut pœniteat, sed ut ꝯsiliũ, ul auxiliũ recipiat, ñ facit ut Dei ministro & ĩ forma ꝯfessiõis. Et sic ĩtelligit, qđ supra dictũ ẽ. Et ita residet do.Car.in d.consilio, ꝯcludens, absolu-
6 tionẽ nõ eẽ necessariã. ¶ Est istud † dictũ Inno.in d.c.omnis.sequitur etiam dom. Abba.in c.qualr.el j.in fi. j.de accus.& hic, & in d.c.omnis, quasi in fi. Et ibi declarat, ꝙ dicit laicus assumi loco sacerdotis, quando in necessitate fit ei uera ꝯfessio, sicut sacerdoti, iuxta c. sanctũ de ꝯsec.dis.4. Sed nõ declarat, an idẽ esset, si non in tali necessitate, sed alias in forma cõfessionis, quærendo salutẽ aĩæ. In quo cogita qa tũc satis uideret attrictus ad occultandũ, sed nõ forte taliter, ꝙ ꝓductus in testẽ posset iurare se nihil scire, sicut põt ille, cui in necessitate fuit factus actus in figura ꝯfessionis. Et adde, ꝙ si quis dicat aliquid sacerdoti nõ in forma cõfessionis, quamuis dicat se dicere in pœnitentia p hoc non prohibet ille sacerdos super eo testificari. Ita ex pdictis infert do. Abb. in c.si sacerdos.in j.col.s.de offi.ordi.dicẽs, eẽ notabile. qa multi decipiunt. Et uide beatũ Tho.in 4.dist.21.q.3. art.3.in fi.ubi dicit, ꝙ laicus, cui in casu necessitatis aliqs ꝯfitet, tenet occultare tantũ, quantũ sacerdos. Idem dic de interprete, q adhibet in cõfessione, nisi forte peccator uelit, ꝙ ipse sciat absolutè & libere, ſm Tho. ubi s.art.2.in fi. Et ista procedũt, ẽtsi episcopus excõicaret oẽs scientes, & non reuelantes, ſm gl.ordi.in c.sacerdotes, de pœni.dist.6. Et uide beatũ Tho.2.2.q.20.art.i.ubi super isto, qui promisit tenere in secreto, distinguit, an pertineat ad corruptionem multitudinis spiritualem, uel corporalẽ, uel graue damnũ proximi, & tenet reuelare, alias nõ. Et uide Bald.in l.nullũ.uersi.sed hic incidẽter.C.de testi.ubi dicit, ꝙ si in palatio Priorũ est aliquid factũ & iuratũ tenere secretũ, nõ põt probari ab aliquo nisi ab ipsis. qa talis, qui uult ꝓbare, aut est falsus, qa mẽtit, aut periurus, quia reuelat. Allegat Io.And.ĩ c.literis. j.de præsump. Et hẽnt aliqui unã glo.in c.meruit.13.dis. quę dicit, ꝙ ille q iurauit tenere aliquid in credẽtiã amico suo, si ex hoc resultat malum, nõ tenetur seruare iuramentũ. Bene facit gl.in c.ego enim.in uerbo, pandã. j.de iureiur. Et uide dom. Abba.in ca.dilectus. j. de excess.pla.ubi dicit p illũ tex. ꝙ sacerdos ꝓductus in testẽ de ijs, quæ scit in pœnitẽtia, põt iurare se nihil scire, sec⁹ si sciret, nedũ in pœnitentia, sed extra. Et idem no. bea. Tho.in utroq; dicto, dis.& articulo pallegatis. ultra mediũ. Et subdit dom. Abba.in d.c dilectus. ꝙ q iurauit nõ reuelare secretũ si postea ꝓducet in testẽ, non potest iurare se nihil scire. Et allegat Innoc. in ca.qualiter.el j. j. de accus.dicentẽ, ꝙ aut iurãdo cogitabat iuramentũ extendere ad hũc casũ, & fuit temerariũ, per istũ tex. Aut de hoc non cogitauit, & iuramẽtũ ad hunc casũ nõ extendit, c.2.cũ simili, s.de renun. Et in materia facit tex. in ca.ex parte. j.de accus.ibi, q accusat illum, q uouit & iurauit obediẽtiã. Bonus tex.& ibi Ang. in l. si qs seruo. C.de fur.& facit gl.in c.sicut.s.eo. Et aduerte, qa de licẽtia ꝯfitentis põt sacerdos, uel alius testificari de auditis in ꝯfessione, & ei crederet, licèt soli, propter naturã cõfessionis, quæ fit secrete, ut est glo.fi. in c. testimoniũ. j.
7 eodem.& ibi dicet post dom. Abba. ¶ Modo † quæritur, utrùm testis, q pstitit temerarium iuramentũ, admittatur simplr ad testificandũ? In quo dic, secundũ domi. Abb.hic, & in c.ꝯstitutis.j. e. ꝙ aut producit ꝯtra eum, q seduxit eũ iuramento, nę testificaretur. aut ꝯtra aliũ.

Primo

Primo casu in odiũ participantis fraudẽ admittet testis ẽt ꝑseuerãs in crimine, & ſm Inn.hic, aduersus exceptionẽ criminis, quã faciet pars, cõpetit producẽti testẽ replicatio de paritate criminis, iuxta c.pe. & fi.j.de adult. Et ista est notabilis limitatio ad c.testimoniũ. j. eo.quã tñ intellige, qñ qs fuit particeps criminis ĩ cõmittẽdo, secus, si ĩ omittẽdo, vt qa nõ corripuit criminosũ, cùm ad eũ spectaret, sed tolerauit, vt elegãter notãt Ioã. An. & alij in c.cùm I.& A.j.de re iudi. reprobãtes gl. ibi positã, q̃ sentit ꝯtrariũ. Quinimò in casu nostro, ẽtsi solus testis fuisset in hoc crimine in alio simili cõmisso vt euitaret testificatũ, adhuc nõ obstãte crimine cogeret testificari, nec posset repelli, p c.inqsitionis.ver. aut si. j.đ accus.& facit, ꝙ no. Bar.in l.j.§.cùm qs.ff.de q̃stio. cũ si.
8 ¶Secũdo † casu, qñ dictus testis producit cõtra aliũ, distinguit do. Abb.ꝙ aut nõ erat emendatus de crimine, & tũc repellit. Sic intellige Inno.in d.c.cõstitutis. Aut erat emẽdatus, & tũc nõ repellit post peractã pœnitentiã, vt periurus strictè, ſm Host.& Io.And.in c. testimoniũ.j.eo. Facit gl.in d.c.Florẽtinũ, quæ vult iurantem temere posse promoueri peracta pœnitẽtia, & est casus in c.sicut.j.de iureiu. Et ꝓ isto dicto Doctoiũ in proposito, vide gl.fi.in c.j.de iureiu.in 6.& ibi Dom. in fi dicẽtẽ, ꝙ iuramẽtũ nõ repellit quẽ a testificatiõe, vel promotione, qñ egit pœnitẽtiã. Allegat ẽt gl. fi. in diffinitione, 22.q.4.& facit qđ no.Bal.in l.obseruare. §.ꝓficisci.ĩ, 23. q.ff.de offi.ꝓcõ.& leg. vbi dicit, ꝙ periuriũ nũquã incurrit sine dolo, & iõ iudex, q p ĩperitiã fert iniquã sñiam, nõ est periurus, ſm eũ, pstãs aũt temerariũ iuramentũ, lʒ sit in dolo in eo, ꝙ vult offendere partẽ, & nõ testificari, nõ tñ est in dolo veniẽdo cõtra iuramẽtũ fuit autẽ in culpa iurãdo, ꝙ nõ debebat iurare, & iõ nõ dẽt dici strictè periuriũ, lʒ aliud largo mõ, d. c. sicut. Et de hoc iuramẽto vide ẽt p Imo.in c.2.in fi.s.de renũ.& glo.pe. & Do.ĩ §.criminis.25.dist.& oẽs ĩ d. c. sicut. ¶ Vlterius
9 † dicit hic Inn. ꝙ iudex ex offõ nullo excipiẽte põt repellere testes inhabiles, p l.quos ꝓhibet.ff.de postu.& sequunt ipsũ do.An.& do.Ab.hic, & sequit Rom. ĩ rubr. ff.de arbi.& idẽ Bal.in d.l.quos ꝓhibet.& allegat gl. in l. j.§.si p ses.ĩ verbo.nominibus. ff. de magist. con. q̃ dicit iudicẽ ex offõ posse ĩquirere de ꝯditione testis, & idẽ Inno.in c.inqsitiõis.in gl.ex hoc loco.j.de accus. Facit gl. magna in fine, ĩ c.alicui.2.q.7.& gl.ĩ c. nulli. j. de accus. & ibi do. Abba.& alij volẽtes idẽ de accusatore inhabili, & ibi plura adduxi seruiẽtia in ꝓposito, & facit tex.cũ
10 gl.ĩ §.itẽ testiũ.4.q.3. ¶Sed † aduerte bñ, qa istud primò est declarãdũ ex ijs, quæ ĩ terminis notat dom. An.ĩ ca. bonæ.el j.s.de elec.& in c.cùm dilectus. s. de consue.& ibi Imo.qa istud ꝓcedit, vbi testis est oĩno inhabilis. puta, infamis, Iudæus, hæreticus & similes, & sic ꝓcedit d. l.quos ꝓhibet.secus, si nõ eẽt oĩno inhabilis, q tacito vel expresso ꝯsensu partis poterat habilitari, vt ꝓxeneta, in Authe.de testi.§.qm̃. Et idẽ, si est domesticus, vel ꝯsanguineus aduersarij. Et idẽ in similibus, q repellunt non odio ipsorũ testiũ, vt primi, sed fauore partis, qa iudex nõ opponit istis parte nõ opponẽte, p c.psentiũ.j.eo. Et ista sunt aurea dicta Io.An.in Spe.eo.ti.§.j.ver. sed quid si vidit.& §.sæpe.in prin. Et istud de ꝯsanguineo firmat Imo.expressiùs, q̃ dom. An.in d.c.cùm dilectus. ꝓ quo vide oĩno Bal.in l.si qs testibus.ĩ ult.col. C. eo.ti. Et subdit do. Ant.in d.c.cùm dilectus. se cõsuluisse, ꝙ lʒ ex actis cõstaret iudici testẽ ꝓductũ fuisse ꝓxenetã, vel talẽ, q lʒ posset repelli, tñ tacito vel expresso ꝯsensu partis poterit habilitari, nõ poterit iudex eũ repellere, p pdicta, nisi pars opponat, qa lʒ notorie ꝯstet ex actis, attamẽ illud notoriũ nõ releuat ab onere ꝓponẽdi, ſm glo. ĩ cle. appellãti.ĩ verb.aliàs.de appel.& no.Ioã. An.in c.2.s.ut lit.nõ ꝯtes.& hoc sequit Imo.ĩ d.c.cum dilectus.& ẽ ualde signãdũ. ¶Scdõ aduerte, ꝙ iudex testẽ oĩno inhabilẽ repellere possit ex offõ, est verũ, qñ ẽt parte nõ opponẽte; sed qd, si ẽt parte ꝯtradicẽte repelli nõ posset? Vñ ĩ casu huius decreta. vt dixi s.q pcedẽti, si testis temerè iurauit, ꝓducit ꝯtra ipsũ seductorẽ, ꝓ quo iurauit, & non põt nec à parte, nec a iudice repelli, & hoc ẽ verũ, & rõnabile in casu isto, qa ẽtsi pars, quæ nũc repellit testẽ, ñ fuisset particeps doli & criminis, & adhuc isto casu nõ posset testẽ repellere, p d.c.inquisitiõis. ¶ Itẽ qa pars aduersa læderet, si testis posset repelli ex offõ iudicis, p dolũ partis ad eius cõmodũ repelleret, qđ est absurdũ & ĩꝯueniẽs, sed stat fortè dubiũ, qñ sumus in crimine non cõmisso a teste, vel a parte cã occultandi testimoniũ, & ĩ effectu in hoc ẽt nõ vr, ꝙ iudex ex offõ possit repellere illũ, quem ob participationem criminis pars repellere nõ posset, ꝯtra gl.in d.ca. nulli.de accus. qa est exceptio odiosa, in qua admittit ꝯpensatio doli effectualr, ne criminosus ꝯsequat per indirectũ, qđ cõsequi nõ põt directè. Ita post multa cõcludit do. meus hic, p ea quæ habent p Bar.in l.fi.§.si stipuler.ff.de eo, p quem factũ erit. & p Bal.in l.cùm mulier.ff.solu.mat.& Pet. de Anch.in regula, accessoriũ.de reg.iur.in 6.& Bar. in l. nõ solum. §.quãquã.ff.de iniur.& Bal.in l.j.in 2.lec, ff. de statu homi.& latè in l.j.in 3.col.C.si a nõ cõpe.iudi. ubi iudex ñ supplet ꝓ illo, cui ex statuto denegatur facultas agendi. ¶ Vltimo dicit hic mirabilr Imol. ꝙ q subtrahere voluit copiã ꝓbationis aduersario, dẽt pdere cãm, & allegat 3.q.7.§.tria.& c.ꝑuenit.el j.j.ti.i. & hoc sequit Ang. in l.j.§.si reus.ff.de eo, p quem factũ erit. Sed ꝯtrariũ est verũ, ſm Bal.hic, qa si pderet cãm, nõ esset opus examinare testes sup ea, qđ est cõtra istũ tex. Allegat ẽt notata ĩ l.ꝓuidendũ.C.de postulã. Est tñ verũ, ꝙ cõtra talẽ orit psũptio, qa conat occultare veritatẽ, ſm Bal. hic. Et ita ĩtellige c.ꝑuenit.& optimè facit, qđ no.Bal.in l. ꝓuidendũ, vbi exponẽdo illũ tex.ĩ verb. ostẽdit se litẽ iniquã fouere, dicit semiplena ꝓbatiõe, nõ aũt efficaci psũptiõe.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, siue delegatus potest concordia controuersiam terminare.*
2 *Princeps concedendo priuilegium motu proprio, non videtur tertio praiudicare.*
3 *Motus proprius an inducat dispensationem inhabilitatis.*
4 *Motus proprius an extendat gratiam vltra præsumptam intentionem scribentis.*
5 *Priuilegium concessum motu proprio lite pendente, an noceat aduersario.*
6 *Valor beneficij licèt debeat exprimi in gratijs, hoc tamen fallit, si gratia sit concessa motu proprio.*
7 *Papa præsumitur uti plenitudine potestatis, vbi est clausula, Motu proprio.*
8 *Literæ secundæ concessæ motu proprio, valent, licèt non faciãt mẽtionem do primis.*
9 *Literæ reuocantes primas, licèt non irritent processum factũ uigore primarum ante earũ notitiã, fallit tamen, si secundæ sint concessæ motu proprio.*
10 *Lis quando dicatur pendere, quantum ad nullitatem priuilegij.*
11 *Priuilegium contrarium rationi, & contra stylum solitum priuilegiorum, est suspectum de falsitate.*

CAPITVLVM XIX.

Causam, quæ. ¶Renũciatio, vl publicatio facta in qbusdã capitulis, nõ obstat uolenti ꝓducere testes ĩ qbusdã alijs capitulis. H.D. ¶ Colligẽ iter cætera ex tex.ibi, cõcordia, vl iusti-
1 tia decidãt. ꝙ † iudex pt decidere cãm concordia, id est, trãsactione, vl iustitia, id est.sñia, ſm Scibentes hic, qb⁹ adde similem tex.ĩ ca.querelã.j. de symo. & in l.quidã existimauerũt.ff.si cer.pet.ĩ c.j.j. de mu. peti. & hoc est vtile, qa delegat⁹, q nõ pt egredi fines mãdati, c.cum dilecta.s.đ rescr. si hẽt determinare cãm, satisfacit mãdato, inducẽdo ad cõcordiã, & facit c.fi.s. de trãsac. Et de verbo, ꝯcordia. vide Bal.ĩ l.de fideicõmisso, C.đ trãsa. vbi dicit, ꝙ ẽ sedatio discordiæ, & dicit, ꝙ sæpe retinet cõcordia, tũ discordia & cãę discordię amouent, & đ hoc ẽt p Bal.ĩ l.filia.C.de ĩoff.testa, & Bal.& Ang.ĩ l.j. ĩ prin. post gl.đ pac. Et ibi notãter volũt, ꝙ aliud sit pax, & aliud cõcordia, nã pax denotat ꝑpetuã remissionẽ, sed ꝯcordia pt eẽ ad tps, p no.ibi p gl. iuncta l. conuentionũ. cũ gl.fi.c.ti. Ex quo dñt, ꝙ si ex forma statuti offendẽti remittit pars pœnæ, si habeat pacẽ ab offenso, ñ erit idẽ ĩ

Universidad de Deus
Biblioteca

ꝓducēte instrumētū cōcordiæ. Sed cōtrariū sentit hic Ful. dicēs sibi videri, ꝙ ɔcordia sit genus, & pax sit spēs, & ꝓ hoc facit, qđ no. Bal. in cōs. schismatis. qđ ponit in rub. C. si qs aliquē testari ꝓhib. vbi dicit, ꝙ ɔcordia cōtinet oēm cōiūctionē amicorū & animorū. Allegat no. ꝑ Arch. in c. indēnitatibus. de ele. in 6. Attamē ꝓdicta differētia inter pacē & ɔcordiā facit, qđ no. Spe. in ti. de treug. & pa. §. j. ver. 2. & sequē. vbi dicit, ꝙ si nō fiat pax, sed sola ɔcordia, tūc nō fit mētio de osculo, vel de pace. Itē de clausula, iustitiā facias. Vide Ang. in Auth. de hære. & fal. §. exhæredatos. vbi dicit, ꝙ qñ Papa delegat cām alicui, vt audiat & iustitiā faciat, vr̄ duo mādare, s. ꝙ seruet ordinē iudiciariū, & ꝙ ɔperta veritate iudicet, qđ iuris est. De hoc ēt ꝑ Bal. ī c. cùm venissent. j. eo. & in l. iustitia. & in l. pe. ff. de iusti. & iur. & in l. nemo. C. đ sē. & in c. 2. de noua for. fide. Et adde, ꝙ ista clausula inducit potestatē decidēdi, f̄m. Dom. in c. qñ ꝑ illū tex. de imu. ecc. in 6. de quo ꝑ Imo. ī cle. auditor. de rescr. & Pe. de Anch. in c. in ꝓ̄sentia in vlti. no. s̄. ti. j. Et de clausula libelli, Peto mihi iustitiā ministrari. vide multū utiliter do. Ab. post Cal. in c. cum dilectus. s̄. de ord. cogni. Alia notabilia expedient cū gl. vz qñ priuilegiū obtētū lite pē. valeat, & qđ si est ɔtra cōem stylū, ad q̄ semꝑ allegat iste tex. ¶ In † gl. pe. a ibi, nō valeat.[a] Istud ampliat Host. hic, & valde solēniter, ētsi priuilegiū sit cōcessum motu proprio superioris & sequunt hic do. Ant. Imo. & do. Ab. qui ex hoc dicit bñ notādū, ꝙ princeps ɔcedēdo priuilegiū motu ꝓprio, nō vr̄ tertio ꝑiudicare. Facit c. sup. eo. ver. nō tñ. s̄. de off. dele. & l. 2. §. merito. & §. si qs à principe. ff. ne qd in loco publ. Ad idē bona gl. in cle. si Romanus. ī verb. validā. de ꝑben. q̄ dicit, ꝙ motus ꝓpri9 excludit solā surreptionē, nec aliud operat vltra intētionē scribētis, qa verisimile est, ꝙ si ɔcedens gratiā motu ꝓprio ista sciuisset, nō fuisset grām concessurus. Et iō dñt Io. An. & Domi. in c. si motu ꝓprio. de ꝑbē. in 6. ꝙ caut9 debet eē aduocatus in mō opponēdi, vt nō dicat, grām eē surreptitiā, qa hoc eēt falsū, qñ nemo surripuit principi ɔcedēti gratiā motu ꝓprio, sed dēt dicere, ꝙ intētio ɔcedētis grām nō extēditur ad talē casū. ¶ Et ista conclusio, ꝙ motus proprius nō operat vltra præsumptam intentionem concedentis, confirmari p̄t ex elegāti ɔsil. do. Card. 38. qđ incipit, Papa vniuit quādā abbatiā. vbi cōsuluit, nō tenere literas Papæ, in qb. expressis certis causis mādabat ꝓprio motu abbatiā vniri epatui,
3 ex quo illæ cāæ erāt falsæ, qa † lz motus ꝓprius excludat surreptionē, d. c. si motu. ꝑꝑ ipsum tñ nō tollit alia inhabilitas, q̄ obstabat, qa ꝑ ipsū nō inducit dispēsatio. Allegat gl. 2. & pleni9 Io. An. in illo c. si motu. & gl. antep. in d. cle. si Romanus. Et quo ad hoc, sufficit ꝙ ñ reperit ɔtrariū ī iure expresū, f̄m eū, q postea subdit, ꝙ vbi ēt ē talis clausula, tñ subintelligit alia, vz si preces veritate nitant, de qua ī c. 2. s̄. đ rescr. maximè, qñ sunt insertæ aliquæ cāæ, sup qbus vr̄ fundari intentio scribētis, adeo ꝙ illis cessantib9 nō fuisset dispositur9, alias frustra fuissent expresæ, & dicit, ꝙ ne cauillet hæc rō, saltē hoc ꝓcedit, qñ cāæ sunt tales, qbus cessantib9 đ iure cōi dispositio nō teneret. Nec obs. ꝙ de illis causis nō vr̄ posse disputari, ex quo prīceps motu ꝓprio eas īseruit

a Nō valeat. Ad 2 de tu, an valeat priuilegiū lite pendente impetratū? *Ego inuenio Pau. de Cast. & Ang. & expressè dom. Alex. ī l. qui autē. ff. si quis cau. tenere cōtra Felin. hic & alios, videlicet quòd si lite pendente princeps cōcedit priuilegium motu proprio, pars pōt vti tali priuilegio quāuis emanauerit lite pendente. Et ita limita tex. in c. fi. vt lit. pend. & l. 2. C. eo. & l. tutor petitus. ff. de excus. Tu tamen tene contrarium. quia priuilegiū cōcessū pēdēte lite ēt motu ꝓprio, nō nocet cāæ pēdēti, neque parti aduersæ. Ita tenet latè Ioā. And. ī addi. Spe. in ti. de dolo et cōt. §. fi. ver. porro. in addi. magna, quæ incipit, de hoc interesse. Idē tenēt hic oēs Scribentes. Et * ista est cōis * opin. à qua nō recedas. Pro ista opin. facio tria fundamenta primò, quia regula est, ꝙ princeps non videtur præiudicare iuri tertij, nisi expressè diceret, etiāsi aliquid faciat, vel scribat cum clausula, Motu proprio. Ita tenet Bald. in c. ad*

ꝑ cle. 1. đ ꝓba. qa rñdet ꝙ illud ē uerū, qñ sunt cāæ de facto Papæ: secus, si de facto tertii, vt in d. cle. 2. & ibi glo. in ꝑncipiēs, qđ si. & latius ī d. ɔs. de quo nunquā sis oblitus. Ad idē uide Pe. đ Anc. ɔs. 184. īci. Visis cōsilijs famosorū Doc. ī pen. co. vbi cōsuluit, ñ tenere literas, qb. Papa motu ꝓprio mādabat remoueri gñalē cuiusdā ordinis ꝑꝑ dementiā, si notorie ɔstabat de eius sano ītellectu. Ad idē uide do. Ab. ī c. qa circa. añ fi. infrà de cōsan. & affi. ubi dicit, se semꝑ tenuisse, ꝙ in dispēsatiōe, vł grā ɔcessa motu proprio, ñ exprimit falsa cā, nō tenet, qa motus ꝓprius nō ampliat grām vltra ītētionē cōcedētis. Allegat Io. An. in d. c. si motu. Adde etiā do. An. ī c. ꝑ uenerabilē. j. q. fil. sint leg. vbi sequit d. Hos. hic, ꝙ mot9 proprius nō nocet tertio, qñ nō noceret īpetra tio parte petēte, & idē no. d. Ab. ī ca. 1. ver. 3. prīcipalis. s̄. de iudi. & alleg. Ioā. Cal. in c. mādatū. suprà de rescri. idem do. Car. ī cle. 1. §. cæterùm. in 7. q. de ɔcess. ꝑbē. & Dom. post Ioā. de Lig. ī c. si ꝑꝑ. de rescrip. in 6. Adde ēt Imo. ī c. ɔstitutus. suprà de rescri. ubi dicit, ꝙ Papa nunquā vr̄ tollere statuta inferiorū ētsi scribat motu ꝓprio, nisi id exprimat, ɔtra do. An. ibi. Imò plus reperio ꝙ ētsi Papa motu ꝓprio scribat derogādo oībus statutis, ñ literę ñ operant circa unū statutū particulare factū in fundatiōe alicui9 bñficij. Ita plenè cōsuluit Pe. de Anc. cōs. 16. īci. Dñs noster Papa. & cōs. 358. inci. Viso ꝓdicto puncto. & Rota cōclōne 3. in nouissimis. Adde ēt Imo, ī c. mādatū. ī pe. col. supra de rescri. ubi dicit, ꝙ ista clausula ñ extīguit illud, qđ alias nō ꝓ̄sumit eē de ītētiōe Papæ. Vñ ñ facit f̄m impetrātē ꝓ̄ferri primo, nisi de illo faciat mentionē. ¶ Modò aduerte ꝓ clariori doctrina, qa ī quātū ꝓdicta ꝓbant, ꝙ motus proprius nō ampliat grām, sed solùm tollit surreptionē, adduci p̄t in cōtrariū primò tex. notabilis ī ca. si pluribus. de ꝑbē. in 6. ubi si Papa ɔferat bñficiū uacās in certa eccła, & tūc in eadē plura bñficia uacāt, itelligit scriptū de minori ꝑꝑ odiositatē hmōi literarū, nisi Papa motu ꝓprio scriberet, qa intelligit de maiori, ut ibi, & sic mot9 proprius ampliat. Sed rñde, ut ibi per Do. ꝙ ampliat gratiā in his, q̄ sūt expressa, sed tollit surreptionē, ut ibi ꝑ ipsū. Pro quo uide pulchrè do. Ab. ī c. ad aures. uer. hæc ꝓcedūt supra de rescri. ubi dicit, ꝙ motus ꝓprius nō operatur circa extrīsecas qualitates bñficij. Vñ đ collatio Papæ motu ꝓprio de beneficio curato, ñ facta mētiōe de cura, ñ ualet. nō ex defectu surreptiōis, sed qa nō appareat de uolūtate principis. Et idē dicit, si đ iure patro. laicorū nō faceret mētionē. *Qđ no. ¶ Scđo cōtra ꝓdicta adduci pōt elegans decisio do. Ab. in ca. dudū. īfrà de priui. nā dñt ibi Inno. & Ioā. An. ꝙ si Papa dicat ī priuilegio, expētū facim9 monasteriū cum uestris capellis, eas exprimendo nominatim, per hoc nō ꝓbat, ꝙ capellę sint monasterij. Hoc limitat do. Abb. nisi priuilegiū esset cōcesū motu pro

aures. de rescri. d. Ant. de But. in c. ꝑ venerabilē. qui fin. sint leg. in 34. col. do. Abb. in c. j. de iudi. in 13. col. Clemē. in c. si propter. de rescr. in 6. in 9. col. Hinc est, ꝙ ī bñficialib9 motus ꝓprius principis nō facit secūdū impetrātē ꝓ̄ferri primò, nisi de eius literis mētio fiat. Ita do. An. de Bu. & Cal. in c. mandatū. de rescri. Et ibi Imo. in pe. col. Hinc ēt est, ꝙ motus ꝓprius superioris nō præiudicat vnioni factæ ꝑ ordinariū, ēt nondū sortitæ effectū. Gemi. in repe. c. postulasti. đ rescr. ī 26. col. eo. quia motus proprius non tollit ius quæsitū alteri in rē, vel ad rem. Allegat gl. 3. in c. si motu proprio. et ibi Imo. de præbē. in 6. Secundò moueor, quia motus ꝓprius superioris, licèt tollat vitium obreptionis, nō tamen tollit alia impedimenta, glo. in cle. si Roman9. de præbe. in verb. validam. & hic eam allegat Feli. Tertiò moueor viua rōne. nā leges gñales fiunt motu proprio prīcipis, l. humanū. C. de legi. Bar. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. et tamē non trahūtur ad lites pendētes, l. leges & constitutiones. C. de leg. §. j. in Auth. ut cum. de ap. cogno. et in §. j. ī Auth. in medio litis ꝑ ne fiant sac. ius. Et hoc modo poteris sustinere opi. Fel. hic, & communem.

* Mentionē. *Adde ad dicta per Aucto. hic, Host. ī c. dilectus. de off. lega. ubi dicit, se alias vidisse unā bullā Apostolicā ad prælatos Angliā dicentē, quòd non*

iō erat intētionis Rom. Pont. velle ī eorū rescriptis includere beneficia ī quibus laicus habet ius patronatus & ratio quam ibi dat fuit prius glo. mag. in fi. ne laici retrahātur à fundatione ecclesiarū ita Lap. alleg. 85. inci. beneficia vacātia. Gemin. in c. quamuis. il 1. nu. 5. & ibi Apostil. ī in ver. motus proprius. de ꝑbe. in 6. Card. & Abb. in ca. ex insinuatione in 2. no. de iure patr. in c. cū Bertoldus. col. 3. vers. ex hoc notabiliter colligitur. et ibi Aut. colū. 5. versi. item dum Abbas, vbi multas authoritates & concor. adducit. de re iudic. idem Auth. in suo tract. quan. lit. ap. noc. pat. eccl. circa prin. de quo est casus in c. decernim9 ibi, irritam eē nouerit. 16. q. 7. Qđ est verū quādo patronus cōtradicit, sec9 si expressè uel tacite cōsentit, ita in terminis tradit Auth. in d. tract. in n. limit. dicens, ita tenere Car. in cle. 1. col. 15. versic. sed post lōgā cogitationem defendē do partē plebani. de supplē. neglig. prælat. & Abb. in suā disput. incip. Augerio. in fin. 2. dub. versi. aut patronus neque consensit. subdēs idem Author, tanti se fecisse authoritates istorum duorū vt secundum illas consulēdo semper obtinuerit, & eandem opinionem tenet ipse ī d. c. cum Bertoldus. colū. 4. vers. 3. aduerte. et col. 5. vers. quarto limita. et in c. cum ex officij. colū. antep. et fi. s̄. de resc. Rot. decis. 428. inci. nota. j. tēpus patroni. in antiq. & Thom. Ferra.

prio, quia tūc, ex quo Papa fundat suā intentionē super illa assertione, ꝙ capellę sint monasterij, nisi ostēdat oppositū, qđ nō est, qñ ad instātiā supplicātiū indulget, qa illa videntur verba narratiua de facto alterius, f̄m ipsum. Cuius dictū tene menti ɔtinuò. ¶ Sed ad istud pōt dici, ꝙ motus ꝓprius non ampliat ibi magis grām, quā si eēt parte petēte sed inducit maiorē probationē per rōnē prædictam. ¶ Secūdò ad-
4 uerte †, qa dū dicit, ꝙ motus proprius nō extēdit gratiā vltra præsumptā intentionē scribētis, ɔtra hoc subtilr̄ adduci pōt cle. si Romanus. de ꝑben. dū dicit, ꝙ cū gratia ɔcedit motu ꝓprio, tollit surreptio respectu bñficij nō expressi, qualiacūq; & q̄cunque bñficia qs haberet, modò occurrere posset, ꝙ habēs pinguia bñficia ɔsequeret motu proprio vnū pinguius cōpensabile ex dispēsatione, vel aliter cū illis, & de iure, & nō est verisimile, ꝙ bñficiatū maximè opulētū Papa velit iterū bñficiare, c. cū adeo. & c. si proponēte. s̄. de rescri. & c. super ordinata. s̄. de ꝑbē. cū similibus. Ergo motus proprius operat vltra ꝓ̄sumptā intētionē scribentis. Et hoc ɔtrariū format hic dom. meus, dicēs ꝑꝑ hoc se semper dubitasse, & nō vr̄ soluere. Sed rñderi pōt ex eo, quod scribit eleganter Bal. in l. fi. ī vlt. col. C. sen. rescin. nō pos. vbi dicit, ꝙ est lōga differētia, vtrū dicat in iure, ꝙ ī aliquo casu sit ꝓhibita īpetratio, an vero dicat, ꝙ nō valeat ɔcessio. Primo casu ñ valet rescriptū, nisi princeps dicat, ꝙ facit motu ꝓprio, vel assignat aliquod motiuū rescripti, Secūdo casu sufficit dicere, nō obstante, &c. quāuis ergo ī petratio vnius beneficij tacito de illo sit nulla, nō tñ dr̄ in iure, ꝙ ɔcessio Papæ motu proprio nō valet. Et cū dicit ꝙ nō ꝓ̄sumit bñficiare bñficiatū, ē verū, qñ petit. Sed illa ꝓ̄sumptio nō ɔsiderat ī suo ꝓprio motu, ꝑ d. cle. si Romanus. cū habeat bñficia in plena reuolutione, cle. 2. vt lit. pen. & c. 2. de ꝑbē. in 6. Et ꝓ̄sumit moueri ex meritis ꝑsonarum, quas decet accumulare bñficiari. * c. de multa. ī fi. s̄. de ꝑben. dū tñ oīa sūt cōpatibilia, alias nō, ꝑ c. nō pōt. in fi. de ꝑbē. ī 6. & c. si gratiosè. de rescri. eo.
5 li. ¶ Tertio † aduerte, qa dū dñt hic oēs ꝙ priuilegiū ɔcessum motu ꝓprio lite pēdēte nō nocet aduersario, vr̄ in contrariū tex. cū gl. in uer. nouo. ibi, respōdeo. in l. q aūt. si qs cautio. nisi priuilegiū ɔcessum lite pēdēte motu proprio trahat ad litis pēdētiā, & ita ꝑ illū tex. simplr̄ no. Bal. ibi, & Bar. ī l. j. circa mediū, uer. sed qđ si eēt lata. ff. de pœn. & sentit Bal. allegādo illā l. in l. 2. in fi. C. vt lit. pēdē. Sed ad istud, omissa quadā rñsione dom. mei hic diuinatiua, & cōtra regulā, decet cū similibus, de reg. iur. in 6. rñde quatuor modis, ut ꝑ Ioā. An. quē nō allegat in addi, quæ icipit, de hoc interesse, & illā sequor, ꝙ priuilegiū erat ibi ɔcessum ꝑꝑ publicā utilitatē, ut ibi ꝑ eū. ¶ Quarto gñalr̄ aduerte, ut melius intelligat nota huius clausulæ, Motu ꝓprio. * & primo nota, ꝙ ē fauorabilis & latè ampliāda. Ita ple-

nè scribit Pet. de Anch. ɔsilio 290. qđ incipit, Pro clariori euidētia. & dom. An. post Host. in c. cū in cūctis. đ elec. & no. Bar. in l. uniuersis, ꝑ illū tex. C. đ lega. li. 11. & ibi dicit, ꝙ dignitas cōcessa motu ꝓprio hēt, ꝙ priuilegiū ɔcessū tali dignitati durat ēt finita administratio re, secus, si ad instantiā partis.
6 ¶ Scđo no. ꝙ † lz de stylo curię Romanæ oporteat exprimer̄ ualorē bñficij ī īpetratione, vt ꝑ do. Car. in cle. j. de ꝑbē. & do. Ab. ī c. si. j. de ꝓ̄sump. & dom. Car. ɔs. 34. cū ɔcord. tñ fallit in gratijs ɔcessis motu ꝓprio, f̄m Pet. de Anc. latè ɔs. 132. qđ incip. De nā & efficacia clausulæ, Motu ꝓprio. ubi uide. Et est hodie regula cācellariæ sub rubrica đ bñficijs uacātib9, quāuis olim eēt regula in cōtrariū, ut ꝑ Pe. de Anc. in addi. ɔs. 290. ubi singulr̄ ipsā limitabat nō ꝓcedere in ɔcesionib9 factis do. Car. *
7 ¶ Tertio no. ꝙ † lz Papa in dubio nō ꝓ̄sumat uti plenitudine ptātis f̄m Inn. ī c. innotuit. ad fi. s̄. de elec, quē sequitur Ang. in l. bñ a Zenone. ī j. col. C. đ quadri. ꝓ̄scri. & Bal. in l. testamētū. C. de testa. & in ꝓœmio feudorū, & do. Ab. ī c. ad hæc. s̄. de resc. cū ɔcor. tñ fallit, ubi ē clausula, Motu ꝓprio, f̄m do. An. ī c. ɔstitutus. s̄. de rescri. ¶ Quartò nota, ꝙ proprius motus principis nō solum tollit uitiū obreptionis, sed ēt firmat gratiā, & hoc uerū in his, in qbus princeps hēt plenā notitiā, ut l. idē Vlpianus. ff. de excu. tuto. Sed in his, quorū princeps non hēt plenā notitiā, proprius motus tollit obreptionē, non tñ firmat gratiā ɔtra obstātia incognita principi. Ita scribit Bal. in l. fi. C. de crimi. sacrilegij. ¶ Quinto no. f̄m Ang. ī l. imperialis. §. similes. C. de nup. & per clausulā, motu ꝓprio. censet dispensatū sup oī macula & defectu. & sequit Ana. ī c. fraternitatis. j. de schisma. Sed hoc nō ꝓcedit, qa nō tollit, nisi uitium surreptiōis, ut s̄. dictū est, & §. similes. ītelligit, qñ intercessit certa sciētia principis, ut ēt intellexit ibi Bal. Et sic apparet plus operari clausulā, ex certa sciē-
* tia. * quā clausulā, motu ꝓprio, lz ambas æqparet Bal. s̄. in rub. de offi. dele. ¶ Sexto nota, ꝙ lz alias qs debeat recipere pro se, qđ accipit ɔtra se, c. si Romanorū. 19. dis. cū similibus, tñ fallit in ɔcessis motu ꝓprio, l. 3. in princ. & ibi oēs, ff. qđ quisq; iuris. & est gl. ordina. ī c. 2. s̄. de mu. pe. quā do. Abb. facit singularē ī c. j. s̄. de rest. ī iteg. de quo tñ ꝑ
8 eūdē ī d. c. 2. ¶ Septimò nota, ꝙ † secūdæ literæ ɔcessæ motu ꝓprio, nō facta mētione de primis, ualēt, f̄m do. Ant. in c. exposuit. s̄. de dila. qa tollit surreptio, d. clem. si Rom. lz alias secus, per c. cæterū. s̄. de rescri. ¶ Octauo nota, ꝙ
9 lz secundæ literæ reuocantes primas nō irritēt processum factū uigore primarū ante earū notitiam, ut ī c. audita. s̄. de resti. spo. tamē fallit, si secūdæ sint ɔcessæ motu ꝓprio, secūdū Imol. plenè in c. cæterū. s̄. de rescrip. Allegat Innoc. in c. j. s̄. de conces. ꝑben. in 6. & in c. cū cōtingat. s̄. de rescr. & est ualde notādū. ¶ Nono nota quòd prohibit9 sub pœna exercere, uel impetrare cer

in tract. cautel. 45. inci. sciendum est quòd mens & intentio. de quo ēt vide in apostil. ad Phil. Fran. in c. 2. nu. .. in versi. specialis mentio de præben. in 6.

* Motu ꝓprio. *Adde ad materiā huius clausulæ no. per doct. in c. si motu proprio. s̄. de rescr. Gem. in c. quāuis. il 1. nu. 5. iunc. add. ibi. in uer. motus ꝓprius. de præben. in 6. Fran. in c. ipso iure. nu. 21. iunc. addi. ibi, in ver. clausula proprij motus. de resc. eo. li. Car. in cle. 1. colū. 4. de ꝑbē. Auth. in c. constitutus col. 4. versi. quarto limita. de rescr. et & Auth. consilio. 122. inc. De natura & efficacia.*

* Cardinalibus. *Adde Belenz. in tract. de charit. subs. q. 66. colū. 6. ubi dicit Rotā eo præsente indicasse extrauagantē Bonifa. 8. inci. iniunctæ. sub tit. de elec. nō comprehēdere Cardinales. quem sequitur Auth. in cap. in eos. in fi. de hære. Sicul. consil. 23. scripsit propheta, col. 5. vol. 1. & in c. in nostra. col. 2. de rescrip.*

* Ex certa scientia. *Adde quid operetur ista clausula in rescriptis. Bal. in l. fi. col. j. in fi. vers. 1. casu clausula. C. sen. rescin. non pos. & in ca. 1. col. x. uers. Et accidit de facto. per quos fi. inues. Lanfrā. in ca. quoniam cōtra. §. interlocutoria. nu. 13. uers. item solum. de ꝓbat. Bald. in l. nec damnosa. C. de prec. imp. of. Petr. de Suz. in auth. si ne a me. in fin. C. ad Velleian. Rom. in leg. 2. ff. quod quisq. iur. Specul. de instrum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

> *de inſtrum. edi. §. nunc autem uerſi. & ſcias quòd ſic.*

tũ officiũ,non incurrit pœnã,ſi illud ꝯſequit̃ motu proprio principis. Ita decidit Ioã.de Ana.in c.cũ ſit.đ iudi. Qđ intellige, dũ modò ſuperior ſciat de eius conditione,ut per eundẽ in cap.quàm perniciosũ. j.de uſur.¶Decimò no ꝙ illud, quod dicit̃ in d. capi.ſi motu ꝓprio.in fi.ꝙ nõ dicit̃ factum motu proprio, niſi qñ exprimitur in literis.Fallit, ubi notoriè cõſtaret de motu proprio,quia fortè perſona.cui prouidet̃,eſt in loco adeo diſtanti,ꝙ nullo modo potuiſſet petere gratiã, uel ꝑ alios modos hoc cõſtaret.Ita no. latè Rota deciſione 226.q̃ incipit,itẽ l3 ꝙ Romana curia. ubi uide. Sed ꝯtrariũ tenet do. Domi.in d.cap.ſi motu proprio.in penul.colũ.dicẽs ſe fateri,ꝙ per iſtas ꝯiecturas ꝓbat̃. Papã à ſe motũ fuiſſe,ut cõferret,ſed ꝙ talis cõceſſio dicatur habere effectũ, quẽ habet gr̃a exprimẽs motũ ꝓpriũ, hoc negatur per illũ tex. qui ſic limitauit illũ effectum. Poſſet ẽt aſſignari alia rõ,ſm eũ,quare expreſſio requirit̃,quia poſſibile eſt,ꝙ Papa moueat̃ ad gratiã cõcedẽdã,ẽtſi ſit petita ex motu proprio,ñ habito reſpectu ad inſtantiã petitoris, Vñ cùm iſtud dependeat ab animo Papæ,an hoc faciat inſtinctu alterius, an ſuo, iõ uoluit hoc in literis caueri,ſm Dom.ibi, & ſunt uerba bñ notanda,ex quibus dubito de eo,qđ ſcribit Bal.ſing.ĩ l. nec damnoſa.in princ. C. de preci. impe. offe. & exclamat Ro.dicẽs eſſe nouũ, & ſe nõ legiſſe alibi,in l.ſi uerò. §.đ uiro.in 31.fallentia,ff.ſolu.matr.uc3 ꝙ geminatę literæ principis in eodẽ facto habẽt uim clauſulæ, motu proprio.Et facit,ꝙ no.Ioã.And.in ca.porrecta.j. de cõfir. util.uel inutil.ubi dicit,ꝙ talis geminatio hẽt uim clauſulæ,ex certa ſciẽtia. qđ ſm admitti põt, ſed de motu ꝓprio nõ eſt tutũ,niſi dicat̃,uel ꝙ iſta ſit magna limitatio ad ca.ſi motu,ut ꝙ loquat̃ ſolùm in bñficialibus, ut ĩ ſequenti notabili.¶Vndecimò no. & ꝯſidera, quia multi ſunt caſus,in qbus ſit differentia,an ꝯceſſio fiat parte petẽte,an proprio motu. Et iõ,ꝙ ſemp ꝑſumat̃ parte petẽte,niſi literæ dicãt de motu proprio,nõ ur̃ bñ expeditũ, niſi fortè in caſu d.ca.ſi motu. Iſtud probat̃, qa priuilegiũ clauſum in corpore iuris cõis,uel ſtatutorũ, nõ præſumit̃ conceſſum ad poſtulationẽ, iõ in talibus non hẽt locũ retorquutio,de qua in l. 3. in prin. ff.qđ qſque iuris. Ita uoluit gl.notabilis in authen. quas actiones. & ibi clarius Bart.C.de ſacroſan.eccle.& Bart.in l.j.in fi.C.de bo.uac.lib.10.de quo in d.ca.2.de mut. peti. & in d.l.3. Ad idẽ,qđ notat Bal.in d.authẽ.quas actiones.in j.colũ. ubi dicit,ꝙ ſi omnibus eccleſijs ꝯceditur priuilegiũ, cẽſet̃ ꝯceſſum motu proprio,quia impoſſibile, uel difficile eſſet,ꝙ ſupplicaſſent oẽs eccleſiæ mũdi. Ad idẽ,qđ no. Gul.de Cug.i d.l.3.§.j.ff.qđ qſque iuris.ubi dicit, ꝙ qñ ꝓcedũt merita illius,cui facta ẽ ꝯceſsio, ꝑſumit̃ in dubio ꝯcedentẽ cõceſsiſſe occaſione meritorũ, & nõ ad poſtulationẽ eius,cui ꝯceſsit,arg.l. ſi uerò nõ remunerandi.§.idẽ Papinianus ff.mandati.¶Duodecimò no. ꝙ ꝯceſsio facta ꝑ principẽ de nouo pedagio in loco grauato pedagijs,nõ ualet,ſi hoc taceret̃ per impetrãtẽ. Si tñ princeps hoc cõcederet motu proprio, nõ poſſet ĩpingi ſurreptio,& eſſet parẽdũ.Ita dicit Ioã. Aud.in Specu. de cã poſ.& proprie.§.qa uerò.uer.qd de colligẽtibus.ĩ uerb.adde.Vide tñ eundẽ in ca.2.j.de immu. eccl. & ibi dom.Abba.in pen. colũ. ubi dicit, ꝙ qñ motu proprio prīceps ꝯcedit talia,ſi ex hoc ſubditi grauant̃,pñt à principe implorare remediũ,& idẽ no dom.Abba.in ca.accedentes.j.de ꝑſcri.prope fi.Sed reuera iſtud dictũ Ioã. And.de pedagijs uidet̃ deſtrui per doctrinã Docto. hic, attento ꝙ princeps per motũ propriũ nõ indulget ultra ꝑſumptã intentionẽ.¶Decimotertiò no.ꝙ l3 reſcripta contra ius in dubio pręſumant̃ cõceſſa per importunitatẽ,ut per gl.in c j.in uerb.noſcat̃.de ꝯſti.in 6. tñ ſecus in ꝯceſsis motu proprio.Ita no.Bal.in l.qđ fauor̃. C. de legi.& do. Ab.in d.c.accedẽtes.¶Vltimò ꝯſidera põderãdo bñ illud,qđ ſæpe dictũ eſt, ꝙ gr̃a nõ operat̃ ultra intentionẽ ſcribẽtis ẽt motu ꝓprio, qa ex hoc apparet, ꝙ quoties in ea eſt expreſſum aliquid,quo exiſtẽte uero uel falſo princeps nõ ꝯceſsiſſet gratiã, gratia non tenet.

Et eſt mirabile,qa l3 in beneficialib⁹ ſatis poſsit operari d.c.ſi motu ꝓprio.tñ ĩ alijs uidetur ſolum operari[duo, primo,ꝙ ſuſtẽtabit̃ gratia,ubi aliquid eſt tacitũ,* ꝙ ſi fuiſſet cognitũ,obtentũ fuiſſet,ſed difficilius, quæ qualitas alias annullaret,c.poſtulaſti.ſ.de reſcri. ſed nũc non.¶Scđò operabit̃, ꝙ gr̃a, quæ alias eſſet odioſa & reſtringenda, efficit̃ fauorabilis.Quòd amplia,ut dixi.in j.notabili. Et ꝑ hac uice ſufficiãt iſta de hac notabili clauſula. ¶ In ea. gl.ĩ prin.ibi,comiſſi.no. iũcto. text. ꝙ

> * *Tacitum. Adde an per taciturnitatẽ gratia reddatur ſurreptitia Socin. conſilio.13. inci. præſens conſultatio.uerſ.ſecũdo principaliter.cum verſ.ſeq. in 1.par. & in eo. in uerſ.ad ultimũ argumentum.ibi. nũc uero ſuper eſt. vbi etiam quando gratia ſtrictiſſimam,aut latiſſimam recipiat interpretationem.*

10 † quãtũ ad nullitatẽ priuilegij dr̃ lis pẽdere a tpe cõmiſsionis,qa intelligit̃ cã delegata ſm terminos iuris cõpetẽtis tpe cõmiſsionis,ca.fin.ſ.de reſcri.Sed quo ad alios effect⁹, nõ diceret̃ ex hoc lis pẽdere. Vñ quo ad perpetuãdã iuriſdõnẽ,nõ requirit̃ citatio,c. gratũ. &c. l3 undiq;.ſ.de off.dele.& quo ad reuocãda attẽtata lite pẽdẽte requirit̃, ꝙ emanauerit citatio in forma cle. 2. ut lit.penden.Ita declarat Imo.hic,& dom Card. latè ĩ d. cle.2.in 4.oppoſitione.Videret̃ tñ,ꝙ ẽt iſto caſu requiratur citatio,qa d.cle.2 emanauit ad declarationẽ tituli, ſ.ut lit.pendẽ.Ergo fit mẽtio in ca.fi.de priui.obtẽto lit. pendẽ.Ergo d.cle.dẽt intelligi de illo, ad hoc ut cõſtitutio declarãs intelligat̃ ſm declarata iuxta gl.in cle.ſtatutũ.in uerbo,ꝯſuetudine.de elec,& ita tenẽt hic Hoſ.domi.Ant.dom.Abba.& dom.meus ĩ d.ca.fi.ad fi.& Ange.ꝯſilio 190. qđ incipit,In Dei noĩe,&c. ordinamentũ factũ.& gl.3.in d.cle.2.Sed forte uerior ẽ prima opinio, qa ex quo ꝑ iſtũ tex.cũ gl.eſt declaratũ,qñ lis dicat̃ pendere,quo ad hũc casũ, nõ ur̃ lex noua iſtam corrigere alio nõ apparẽte,potiſsimè,qa hic ponderat̃ ſurreptio, cum Papa nõ ꝯceſsiſſet priuilegiũ, ſi ſciuiſſet de cõmiſſione aliarũ literarũ.Et hoc ſufficit ꝑ ca. ſuper literis. ſ. de reſcri.Bñ facit d.ca.fi.eodẽ tit.¶Sed iſtã gl. cũ tex.intellige,qñ nõ apparet,ꝙ Papa uelit ꝑ ſuũ priuilegiũ non faciẽs mẽrionẽ de cõmiſsione,tollere ius illius, cũ quo lis eſt mota,qa ſi hoc appareret,teneret priuilegium,ſi enim tollit totũ ius ſuũ,fortius aufertur ius ꝯceſſum ad illius iuris executionẽ, ſeu declarationẽ, ut hic latè & pulchrè ꝑ domĩ.Abba. An aũt in alia inſtantia ualeret hoc priuilegiũ,uide dom.Abb.in d.ca. fi.ut lit. pen. & ẽ ordinaria mã ibi,ꝑꝑ qđ iſtud omitto,prout faciũt alij,licèt ſolus dom.meus hic latè reaſſumat,ut uidet̃ potes. Et ſcias,ꝙ ille,q impugnauit pẽdẽtiam litis, non poteſt opponere de ſurreptione reſcripti,quaſi de illa pendentia nõ fecerit mẽtionẽ.Ita ꝯſuluit Petr.de Anch. conſi. 13.inc. Viſo proceſſu.Quòd limita,ut per eum.Et de materia ꝑ dom.Card.cõſilio.67.ad fi.& cõſilio. 94.& Bal. in l.ex placito.C.de rer.permu.¶In glo.fi.ibi,rationabi

11 li curſui.nota † iũcto tex.ꝙ priuilegiũ obuium,ſeu cõtrariũ rõni,& cõtra ſolitum curſum priuilegiorum, eſt ſuſpectũ de falſitate.Et iſtam gloſſ.facit ſingularem dom. Abba.in ca.ex parte.el j.in fin.ſ.de offic. deleg. & uidet̃ tex.melior de iure in cap.ex parte.infra,de capellis mona.& bonus tex.in ca.porrecta. infra de cõfir. utili, uel inutili.ubi utẽs literis carẽtibus ſtylo cãcellariæ punitur de falſo.Et ꝯtra iſta deuiãtia a cõmuni ſtylo, uide capi. ex literis.& ca.cum M.ſ.de ꝯſti.& ca.2.de reſcr.& ca.2. de tep.or.& ca.in cauſis.de re iudi.& ca.ad noſtrã. de ꝯfir.utili,uel inutili.& ca.quàm graue.de cri.falſi. & cap. ꝯtra morẽ.& Cal.in titul.de reſcrip.cõſilio.8. & Lap.allegatione 33.quæ incipit,An frater minor. Idẽ dic ĩ ſẽtẽtia lata contra communem ſtylum,qa eſt nulla,ſecũdũ gl.in l.de quibus.ff.de legi. quã facit ſing. Ang. in l.j. ff.de offi.aſſeſ.Idem dic in inſtrumentis. Vnde non ſolum non fit comparitio literarũ,ubi dubitat̃ de falſitate,ſed ẽt ſtyli,ſecundum Bal.in rub.C.de emenda.Iuſtini. Cod. in fi.Idem dic in citatione.Vnde ſi de ſtylo palatij eſt,ꝙ iudex citet aliquem,ꝙ compareat coram eo, ſub pœna 10.li.& emanat citatio ſub pœna corporali,excuſatur

cuſatur non cõparens propter alteratũ ſtylũ. Ita ſing. dixit Angel.in l.fi. quæ incipit,præcipimus.C. de cano. larg.trib.lib.10.Idem dic de clauſula inſolita, qa inducit ꝑſumptionẽ fraudis,vt eſt gl.in l.2.ff. de cõdi. inſtit. quã ita allegat Bal.in c.tertio loco.in vlti. col. ſuprà de proba.& in l.cùm de conſuetudine.ff.de legibus.

SVMMARIVM.

1 Teſtis laborans ſimili morbo,repellitur à teſtimonio.
2 Teſtes deponentes ſibi exortas eſſe vſuras,non probant quem eſſe vſurarium.

CAPITVLVM XX.

1 PErſonas. ¶ A † teſtimonio repellit̃ conſimili morbo laborãs. H.D.Et per iſtũ text.in verb. aut legitimè inferũt Io.An.do.Ant.& alij,ꝙ nõ omne ꝓbabile eſt certũ, cũ hæc ponunt̃ ut diuerſa,& exponit Ioã.An.Certũ,id eſt notoriũ, qđ nõ indigeat ꝓbatiõe,ꝑ c.qm̃.đ fil.presb.,ꝓbabile uerò; qđ ꝓbari põt difficulter.Qđ dicit do.Ab.eẽ notãdũ ꝑ ſtatutis, ſubdẽs omne ꝓbabile eſſe certũ nã, l3 nobis ſit incertũ,per l.ſi pr̃.ff.ſol.ma.¶In gl. vnica. in fin.Põt intelligi iſte tex.in habẽte ꝯſimilẽ cãm,i.habẽte vitiũ,de quo ꝯtra aliũ producitur, quia cenſetur crimen aut negaturus,aut leuiaturus. Hinc eſt, ꝙ ſocius * ẽt criminis * repellit̃,l. qm̃ liberi. C. de teſti.& cap. veniẽs ſupra eo. Põt ẽt intelligi de habẽte ꝯſimilẽ cãm,id eſt, litẽ,& ſentit hic gl.allegãdo c.cãm.ſuprà de iud.& hoc plenè ponit Spec.in ti.de teſte.§.1.ad fi.ver. itẽ ꝙ hẽt cõſimilẽ. Vñ ſi deciſio cauſæ ꝓ ipſo alibi pendentis repellitur, ut ſuſpectus, ſm Io.An.& do.Abb.& Imo.hic.Et licèt Hoſt.& do.Ant.hic ꝯtrarium teneãt, quia,ſecundũ eos,dicta teſtiũ non habẽt vim deciſionis iuridicæ, ſed ſimplicis narrationis facti,qđ nõ eſt in iudice iudicaturo de iure, tñ ꝑdicti eos reprehendũt & bñ, qui a nec ẽt ad dictũ iudicis alius iudicabit, cùm nõ exẽplis,ſed legibus iudicetur, l. nemo. C.de ſent.& per gl.in c.de quibus. 20. diſt. Vñ ſi habens cãm ſuper probatione certæ ꝯſuetudinis habeat de ipſa teſtificati, pro alio efficit̃ ſuſpectus, ne ex ſnĩa lata ſuper illo poſſet poſtea ſe fundare in facto ſuo,tanquã ꝯſuetudo fuerit obtẽta in ꝯtradictorio iudicio. ſm Imo.hic. Ex quo infert do. Abba. quòd ſi agens vt probet quẽ vſurariũ publicũ,producatur in teſtẽ in alio iudicio,ubi de eodẽ ille uexetur,nõ eſt idoneus teſtis, & allegat Fed.ꝯſil. 62. Vñ intelligit̃ ſimilitudo cauſæ omnis illa,q̃ arguit affectionẽ,ſm ipſos. Quibus adde Bal.in l. dictãtibus. C. de te-

2 ſta.ubi dicit, quòd † ad ꝓbandũ uſurarium nõ ſunt idonei teſtes illi,qui dicũt ab ipſo fuiſſe ſibi extortas uſuras, quia ſentiũt cõmodũ, cùm veriſimile ſit eos repetituros uſuras in alio iudicio, & quia habent ꝯſimilem cãm cũ illo,pro quo producũtur, ſecundũ ipſum,quẽ ſequitur Rom.dicẽs, eẽ caſum hic.in ſing.364.inci.Volo probare.& ita dicit ſe ꝯſulturum. Eſt uerũ, quòd Cald.in iſto tit.conſi.vlt. tenuit in hoc ꝯtrariũ habẽs reſpectum ad aliud, qđ obſtabat, vc3 ꝙ tales teſtes allegarẽt turpitudinẽ ſuam, ſ. dediſſe cãm fœnori.Sed iſtud ceſſat, ſm eũ, ĩ recipiẽte ab alias fœneraturo. Tamẽ per dictã rationẽ Bal.eius deciſio non ꝓcederet, niſi teſtes fortè iuraſſent ſe nõ prætendere cõmodum ꝯſequi ex teſtificatu,quo ſunt idonei, ſecũdum Bal.ubi ſuprà. Et ſic ꝓcederet opinio Cal.Cætera dic,vt per do.Abb. & ſeruiunt,quę diximus,in c.inſuper.ſupra eo.in vltimis quæſtionibus.

> * Socius ẽt criminis. *Adde ꝙ ſoci⁹ criminis nõ admittitur cõtra ſocium eiuſdẽ criminis.l.quoniã liberi.C.de teſti.4. quæſ.3.ver. item liberi.cap.j.de cõfeſ.capit.veniens el 1.& cap.ſicut hoc eodẽ ti. 15.q. 3.c.nemini. Spe. in tit.de teſt.§.1. verſi.itẽ quod eſt ſocius quod nedũ procedit quo ad plenam vel ſemiplenã ꝓbationẽ, ſed etiã quo ad indiciũ faciendũ. Alex.conſi.475. quoniam abũde. Sal.in l.fi.in fin. C.de accuſ. Imo. in d.c.1.de cõf ſ. no.in l. ſi filium. C. de liber. cau. Ang.in li.malef. in uer.fama.uer. q̃ro an particeps. Adde eun.vbi ſupra ver.quæro an bãnitus ubi no.dicit,quòd ſtãte ſtatuto,quòd quicunque ĩdicauerit malefactorẽ habeat tot,non comprehẽdetur ſoci⁹ criminis. allegat Bar.ĩ l.4.§.ſi tibi.ff.de cond.tob tur.cau. & hoc regulariter. At ĩ qbus caſibus ſocius criminis poſſit interrogari de conſocijs, vide Hoſ.in ſum. de teſti.§.hi uero omne, §.item in cauſa communis. & quòd ſocij criminis ſola teſtificatio nõ noceat cõ ſocio, vi. Sal.vbi ſupra Alexã.& Inno.in d.locis.niſi fuerit tortus.Fulgo.conſ.173.in cauſa inquiſitionis,columna prima. Quid autem ſit in crimine læſæ maieſtatis, vid.Spe.in ti.de accuſ.verſicul.item repellitur. An autem admittatur pro ſocio,dic quòd non,vt per Salicet.& alios in præd. locis. Pau.de Leaz.in c.grauis. de depoſ. Quid autem caſu quo crimen aliter probari non poteſt.vi.Iaſ.in l.4. §.ſi tibi iudicium.col.2.ff. de cond.ob tur.cauſ.vbi concludit, quòd quando crimen per alios probari non poteſt probatur tunc per ſocium criminis alleg. c.fi. de teſti.cog.vt latius per eum ibi. An autem in crimine enormi & excepto admittatur cõtra ſociũ & faciat indiciũ,vi. Sali. & alios vbi ſuprà Gui.de Suz.in trac.de tormen.col.8.verſ.ſed de quæſtione occurrẽti Iaſ in §.itẽ ſi quis.col.5.in verſ.duo etiã Inſti.de act.*

SVMMARIVM.

1 Iudæus contra Chriſtianum teſtificari non poteſt, ſed bene econuerſo. Fallit quibuſdam caſibus,vt num.2.3.4.5.6.
7 Iudæus an poſſit opponere Chriſtiano aliquod crimen, ſi producatur contra eum in teſtem.
Præſumere,verbum hoc quid ſignificet.

CAPITVLVM XXI.

IVdęi. ¶ Chriſtian⁹ * contra Iudęũ admittit̃ in teſtimoniũ, nec dẽt ſibi in teſtificando infidelis præferri. H. D. Et n pñt Iudæi in cõtrariũ priuilegiari,cle.j.e. ti. Et nõ pñt ipſi teſtificari ꝯtra Chriſtianos,l3 hic aliud de facto fuerit,ſm gl.& oẽs hic. Nec obſtat, ꝙ in iudicijs debet ſeruari parilitas omiſſa acceptione perſonarũ, c.j. & ij.ſuprà de mu.peti.qa illud ẽ ĩ actore & reo,nõ in teſtibus,ſm glo.ſing.in d.clemen.j.ĩ verb.iuri. & ſequit̃ Imo. hic,cui adde tex. in capitul. pri. ſupra eo.& in cap.l.licet.el pri.infra eo.& in capitul.placuit.iiij.quæſt.iij. & Specul. in tit.de teſte.§.pri.verſi. item quòd ẽ

1 Iudæus,vbi hoc dicit̃, ſ.Iudæũ † repelli

11 † pro nunc dicas, ꝙ operatur in testamẽtis, ꝙ volũtas testatoris & id qđ sẽtit describatur ordinatiori & clariori mõ, & magis ꝓprio, & ĩ dubio opinionũ tutiori, & hoc fortius in ɔtractib⁹, q magis ɔferri pñt in alterius arbitrio quã vltimæ volũtates, vt no. gl. 1. in fi. ĩ l. 3. ff. de testa. In illis ergo sapiẽs supplere põt de ɔsuetis, l3 ñ dictis ẽt apponẽdo pœnã extraneãdo, vel accidẽtialia q̃ bonus vir ñ arbitrareẽ, vel substãtialia ɔtractus supplere nõ põt, neq; aliqd in facto, sed solũ in iure, vt in dictis locis, in qbus est lõga ɔtẽtio, si testator simpl'r dixi, Relinquo, an notarius de ɔsilio sapiẽtis possit addere iure institutiõis, & ĩ effectu ɔclo est, ꝙ sic, latè ꝑ Imo. ĩ l. j. §. si ex fundo. ff. đ hær. insti. & ꝑ Old. ɔs. 276. & facit, qđ dicetur in sequẽti declarõne. ¶ Septima & ultima declarõ.
12 Nõ † solũ põt ex se notarius corrigere errorẽ modis p̃dictis, sed ẽt põt addere clausulas consuetas, * l3 de ipsis nõ fuerit dictũ ĩ rogatiõe, ſm do. An. hic. Allegat Io. Andr. de instr. edi. §. instr̃m. ver. qd si à cõtrahẽtibus. vbi dixit ualde solenniter, ꝙ ubi ɔtractui vẽditionis, vl' donationis notarius põt addere precariũ, qa illud cõsueuit fieri, efficacius ꝑuenit ad mentẽ cõtrahentiũ, & allegat q̃dã, de qbus hic ꝑ do. Ant. Pro quo l3 plurima adduci possint, tñ potissime facit tex. elegãs ĩ l. fi. in fi. ff. de fideiuf. ꝑ quẽ dicit ibi Bal. ꝙ notari⁹ simpl'r rogatus, intelligiẽ rogatus cũ clausulis ɔsuetis. Et ꝑ illũ tex. dicit Bal. in l. 1. ad fi. ff. sol. mat. ꝙ notarius ĩ instr̃o dotis dẽt apponere obligationẽ hypothecariã, ẽtsi sibi ñ fuerit dictũ, qa cõsueta est apponi. Et ꝑ illũ tex. dicit Bal. in Rub. de fid. instr. ꝙ si partes dñt se rogasse notariũ, vt amicũ, & notarius dicat se rogatũ, vt notariũ, crediẽ sibi, qa ita ɔsueuit fieri. Et ꝑ iliũ tex. dicit Bal. in l. fideicõmissa. §. si seruo. ff. de leg. 3. ꝙ si clericus secularis impetrat bñficiũ nõ cõsuetũ dari clerico seculari, nõ valet impetratio, qa Papa ẽt motu ꝓprio ñ p̃sumiẽ uelle al'r, q̃ sit cõsuetũ rescribere. Et ꝑ illũ tex. dicit Bal. in l. ita demũ. §. 1. ff. de ꝑcu. ꝙ notarij pñt apponere clausulas ɔsuetudinarias, qñ sunt plene rogati, qđ vltimũ no. & intelligiẽ forte, ut ipse dixit in rub. C. de reuo. his, q̃ in frau. cre. ubi dicit, ꝙ tũc põt hoc facere, qñ hẽt facere cũ ɔsilio sapiẽtis.

* Sapiẽtis. *Adde Alex. in l. si qs obrepserit de fals. & Bar. in l. illa institutio. alleg. ĩ tex. de hæred. instit.*

* Consiliũ sapiẽtis. *Adde Alex. in l. 3. ff. qui satis. cogan. et in l. quidquid astringẽdæ. de verb. obli. Old. consil. 139. nunquid si uẽditor ꝑmittat emptori facere chartam ad consiliũ sapientis, in limine contractus siue in ipso cõtractu, an antequam fiat charta secundum sensum sapientis, dicatur contractus perfectus, dic quòd nõ secundum Socin. cons. 169. inci. circa primum versi. cõfirmatur. pa. 2.*

* Cõsuetas. *Adde Soci. consi. 94. incip. præstantissimi. versic. præterea. p. 2.*

Et hoc mõ vr̃ loqui Io. And. in d. additione. ¶ Sed tamẽ istud non vr̃ necessario sic intelligendũ, sed ꝙ imo simpliciter rogatus, intelligatur rogatus de cõsuetis, * ꝑ d. l. fi. attẽta ẽt vna magistrali doctrina Innoc. in c. olim. post prin. j. de ver. sig. ubi dicit, ꝙ oĩs dispositio, siue legalis, siue vltimarũ volũtatũ, siue cõtractuũ, recipit ĩterpretationẽ à consuetudine. Facit c. cũ dilectus. s̃. de consue. & sequiẽ do. Abb. in c. certificari. in prin. j. de sepul. ¶ Et hinc ẽ, ꝙ si tecũ cõtraho, vel te ꝓcuratorẽ cõstituo, videor tibi expresse mãdare, ꝙ facias ea, q̃ sunt de cõsuetudine, l. si pignore. §. fi. in uerbo, vsu. & ibi no. Docto. ff. de pign. act. facit c. cæterũ. cũ similibus. j. de dona. & no. Bar. pulchre in l. si ꝓcurator. in prin. ff. đ iure fisci. & in l. fi. in prin. ff. de his, q̃ in frau. cre. & plenè Ang. in l. bñ à Zenone. C. de quadri. p̃scrip. & elegãter Rom. cõsi. 114. inci. Visis s̃. ɔsultis. Et ꝙ notarius rogatus, intelligaẽ rogatus de cõsuetis, tenet Bar. in l. si prius. §. recte. ff. de aqua plu. arc. per l. ꝙ si nolit. §. qa assidua. ff. de ædil.
13 edic. ¶ Et † hinc videmus, ꝙ habẽs ptãtem vendẽdi bona fiscalia, põt dare fideiussorẽ euictionis, & apponere oĩa pacta pœnalia, ſm morẽ regionis, ſm Ang. in l. 2. ff. de iuris. om. iu. ꝑ d. l. bñ à Zenone. ¶ Et ꝓmissio p̃lati de renouãda emphxteusi intelligiẽ ſm qđ est cõsuetũ, ut ꝑ Ang. in §. emphyteusim. in Auth. de nõ alie. ¶ Et p̃ceptũ iudicis de cogẽdis debitoribus fisci ꝑ arbitrio exactoris intelligiẽ de coactione inducta de consuetudine, ſm Bal. in l. si ꝓpter publicas pẽsitationes. ¶ Et cõducẽs simpl'r domũ, vel fundũ, intelligitur pro pensione consueta, ſm Sali. in l. excepto. C. locati. q̃ est lex in hoc singularis, ſm eũ. ¶ Et cõducens operarios tenetur eis ministrare victũ & ferramẽta, si sic est cõsuetũ, ꝓ domo ɔficienda, ſm Bal. in l. liberti. de ope. libe. ¶ Et si habẽtes vendere bona alicuius cõitatis faciũt pacta cõtra id qđ est cõsuetũ, non tenẽt, ſm Bar. in l. 1. C. de pascuis publicis, uel priuatis. lib. 12. ¶ Et colonus ultra pensionẽ tenetur soluere illud, qđ est consuetũ ultra pensionẽ solui, l3 hoc nõ fuerit dl'ctũ, ſm Bar. in l. dñi p̃dio. C. de agric. & censib. li. 10. ¶ Et si ep̃s citat nõ expresso loco, intelligiẽ ut cõpareat in cõsueto, ſm Pet. de Anch. in c. cũ ep̃s. de offi. or. in 6. Et multa dicta in simili extẽdere potes vidẽdo qđ no. Bar. in l. cũ hæres. §. cũ ita. ff. ad Treb. & ꝙ no. Bar. in l. vt iurisiu. §. si liberi. ff. de ope. libe. & qđ no. Bal. in addi. Spe. ti. de locato. & in l. 1. C. de fruc. & liti. expẽ. & in l. quicunq;. C. de ser. fug. & in l. fi. C. de fideicom. & Imo. in c. potuit. in uit. col. j. đ loca. cũ multis alijs. ¶ Sed ad hæc & similia adhibẽda est duplex consideratio, prima ẽ, ꝙ ea q̃ sunt ɔsueta, aliqñ cõcernunt substãtiã act⁹, aliqñ solennitatẽ: si substantiã, & tũc si pars non exprimit, licèt sint cõsueta exprimi, non põt notarius ea exprimere, nã sine illis cõtractus uitiatur. Ita declarat Io. And. in d. uer. qd si à cõtrahentib. ꝑ l. testm̃. C. de testa. & c. tuæ. cũ seq. j. de spon. ¶ Et ꝙ omissio substãtialiũ cõsuetorũ in rescriptis uitiet, bñ probaẽ in c. ad nr̃am. & in c. porrecta. j. de cõfirma. utili, uel inutili. Si aũt cõcernũt solẽnitatẽ, & si nõ exprimãt, habenur ꝓ expressis, ut est tex. in c. cũ M. Ferrariẽsis ibi, sicut cõsueuit expressũ. s̃. đ cõsti. & illũ solẽniter no. ibi do. Ant. d. Abb. & Imol. & dicit ibi Bal. nõ eẽ meliorẽ tex. in iure, ꝙ illud, qđ solet apponi in cõtractu, habeẽ ꝓ apposito, ẽtsi nõ fuerit scriptũ. Ad idẽ tex. ĩ c. 2. ibi, & si nõ apponaẽ. s̃. đ resc. quẽ ibi no. do. Car. & Imo. Ad idẽ tex. ĩ cap. quo ad trãslationẽ. ibi sæpe fuere. & ibi, iã licere. s̃. de of. leg. & ibi solẽniter do. Abb. & ad hoc tẽdũt multa ex p̃dictis. Et ad hãc dr̃iam inter substãtialia * & solẽnia vid' Arc. ĩ §. nũc aũt. 16. q. 7. & pẽdẽt multũ ab alia qõne. ¶ An & qñ tacitũ habeaẽ ꝓ expresso, đ quo distĩgue vt subtil'r ꝑ Bar. ĩ l. qcqd adstringẽdę. * ff. đ uer. ob. ¶ Et iõ cogitabã, ꝙ attenta hac cõsideratione nõ vr̃ multum

* Cõsuetis. *Adde Pet. de Suz. in l. non omnibus, ff. de arbitr. Pau. de Castr. in l. 2. ff. de iur. om. iu. Alex. in l. si finita. in prin. de damno infect. et in l. prius. §. 1. de acq. plu. arcend.*

* Astringendæ. *Adde Alex. ibidẽ. col. j. ĩ fi. ĩ ver. oppono de l. cum quid, & in l. j. de verb. oblig. & in l. 3. eod. tit.*

tũ importare, ꝙ notarius censeaẽ rogatus de ɔsuetis & põdero uerba Ioã. And. in d. ver. qd si à ɔtrahẽtibus dũ dicit, ꝙ exprimunẽ ɔsueta ad dubitationẽ tollendã, per l q mutua. ff. mãda. sentiẽs per hoc ɔsueta subintelligi, facit cle. 1. in fi. de pœnis. Et cogitabã, an dici posset, ꝙ ista ɔsideratio in eo, qđ dixi de omissione substãtialiũ, intelligaẽ de substãtialibus ipsius contractus, s. ꝙ exigãt expressionem, sed substãtialia instrumẽti, l3 omissa à notario vitient instr̃m, vt habuimus in c j. s̃. eo. tñ omissa à partibus nõ vitiãt, & censeẽ notarius rogatus, puta de indictione & similibus, ꝑ p̃dicta. Et ista nota, qa non reperi ꝑ alios opportune tacta. ¶ Scđa ɔsideratio est, ꝙ vbi in aliqua dispositione videnẽ mãdata ea, q̃ ɔsueta erãt fieri, intelligiẽ de ɔsuetis cõiter & ut plurimũ, sec⁹ si rarò ut singulariter ꝓbatur in l. Seio. §. medico. ff. de annuis legatis. & ibi no. Bar. ita limitãs, & ɔsueuit dici, procuratorẽ posse ɔsueta, & alle. in simili, l. filustas. §. frumẽta. ff. de ɔtrah. emp. & bñ facit d. c. quo ad translationẽ. in verbo, sæpe. ¶ Et in hac mã no. vltimò incidẽter, ꝙ si notarius ob multitudinẽ eorũ, q̃ dicta fuerunt in ɔtractu, vel alia iusta cã, oblitus est de aliquo substantiali, p̃t instare corã iudice, vt examinẽtur testes, q interfuerũt, ſm Bar. signãter in l. fi. añ finẽ, ff. de tab. exhibẽ. ¶ Itẽ dũ tetigi s̃. in fi. 6. declarationis, qs habeat ꝓbare, cũ dubitabaẽ, quo tpe sit facta emendatio, adde, ꝙ si uera est opinio Imo. ĩ d. l. 1. de his, q̃ in testõ delenẽ, ꝙ in subscriptione requiraẽ mẽtio abrasionis, illa dubitatio nõ poterit occurrere. Sed tenẽdo, ꝙ non sit necessaria mẽtio, pro vt expresse oẽs sentiũt, & ipse Imo. hic, dubiũ ꝓcedit. & ɔsidera, qa nõ sine cã Bar. in d. l. si qs obrepserit, noluit affirmare, ꝙ talis mẽtio sit necessaria, ne fortè multa instrumẽta corruerẽt. Et ad tex. in d l. 1. in quo se fundat Imo. dici põt, ꝙ narrat ita fuisse, sed nõ disponit, vel sp̃aliter loquitur in testamẽto, in quo ĩ hac materia specialius procediẽ, arg. l. iubemus. in fi. C. de testa. ¶ In gl. 2. in
14 fi. Quando † abrasio * noceat, distingue, vt hic per Imo. ɔcludentẽ in effectu, ꝙ rasura nõ vitiat, qñ literæ emanãt clausæ, vt est gl. hic, & in c. l3 ĩ verbo, tenuẽ. j. de crimine falsi. Et hoc bñ no. & sequiẽ Imo. in l. ꝓxime. ff. đ his. q̃ in testa. delen. & Bald. hic, dicẽs esse optimũ tex. in l. tribunus. §. fi. ff. de testamẽto mili. ¶ Idẽ, si est rasura in nõ substãtialibus, vt in isto tex. ¶ Idẽ, si in subscriptione dr̃ de rasura, vt s̃. in 6. declaratione. ¶ Idẽ si ex p̃cedentibus & sequẽtibus põt colligi, ꝙ ita dẽt stare, ꝓut in rasura, ut ẽt per do. Abb. in d. c. cũ uenerabilis. ¶ Idẽ, si per aliã scripturã publicã appareat rasurã fuisse bñ factã. ¶ Idẽ, si ex ɔparatione literarũ apparet rasurã de eadẽ manu, ſm Gof. do. Ant. Car. Bal. & Imo. hic, l3 do. Abb. ɔtra ꝓpter gl. in d. c. cũ uenerabilis. dicentẽ locũ eẽ ɔparationi, solũ, qñ rasura est in loco nõ suspecto. Sed certe vr̃, ꝙ vbi nõ est locus suspectus, nõ sit locus cõparationi, qa vt in alio loco dicit hic do. Abb. põt pars radere instr̃m ɔtinens superfluitatẽ extra circunstẽtias negotij allegãdo Inn. in c. fraternitatis. j. de hær. & est đ mẽte istius tex. Propter qđ si locus est hic cõparationi, nõ vr̃ eẽ, nisi circa locum suspectum rasum. Vñ pendet istud à qõne, utrũ sit locus ɔparationi extra apodissã, de quo s̃. ca. ꝓx. Et attẽto, ꝙ pauca uerba facilè fieri possẽt dissimulatis literis abrasis, istud ñ trãsit sine dubio. ¶ Et circa p̃dicta no. primò, ꝙ abrasio in loco nõ substãtiali, neq; periculoso, nunq̃ nocet, vt ẽt ꝑ Bal. in l. edicto in 4. oppositiõe. C. de edicto diui. Adr. & ibi clarius Bar. in §. sin aũt. ĩ j. col. sentit gl. ĩ d. l. l3. Secus, si in loco suspecto ẽt in uno uerbo, vt ibi & facit c. inter. j. e. ¶ No. scđò, ꝙ rasura dr̃ fuisse in cõtinẽti, si. n. notarius emẽdat ĩ senio, qđ scripsit in iuuẽtute, instr̃m est supectũ, ſm Bal. hic, arg. c. p̃terea. s̃. ti. ꝓx. nisi intellect⁹, quẽ sonat scriptura in loco abraso, surgeret necessariò ex p̃missis, ubi ñ est vitiũ ſm ipsum, cuius dictũ declara, ſm ea q̃
15 s̃. dicta sunt. ¶ Not. tertiò. ꝙ † si rasura [a] est in loco suspecto, & agaẽ possessorio, reijciẽ scriptura absq; alia inquisitione veritatis, l. edicto. C. đ edicto diui Adria. ¶ Si uerò agiẽ petitorio, scriptura censeẽ suspecta, & ꝓpter hoc ꝓcediẽ ad inqsitionẽ ueritatis, ſm Bal. ĩ l. si unus. C. de testa. Cui adde Petr. de Anch. ɔs. 422. incip. Præmissa sine allegationibus, vbi declarat hoc ꝓcedere solũ in possessione adipiscẽdæ. ¶ Not. quarto, ꝙ si instr̃m meũ, qđ nõ solebat esse rasum, reperiẽ penes aduersariũ, & coactus ipsum reddidit, sed rasum in aliquo loco ẽt substatiali, istud non nocet mihi, ſm Bal. in l. j. ante fi. C. de fid. iustr. Allegat Io. And. j. cap. proximo, qui hoc dicit, & sequunẽ ibi oẽs. ¶ No. quintò, ꝙ illud, qđ est rasum, p̃t per viuã vocẽ corroborari, et vr̃ sufficere unus bonus testis. Ita videẽ dicere Bald. licèt habeaẽ corruptus in hoc, in l. si veritas. in j. col. C. de fideicõ. Sed ꝙ per duos possit ꝓbari tenor scripturæ vituperatæ, tenet Bal. quẽ uide, in l. fi. de fideicom. ad qđ uide eundẽ in l. iubemus. quasi in fi. C. de ꝓba. & reincidit in illã qõnem, qũo ꝓbetur tenor instrumẽti perditi, de qua per Bar. in l. si cut iniquũ, C. de fide instr. & Bal. ĩ c. 1. quot testes sint necess. ad proba. nouæ inuest. per gl. fi. do. Ant. & do. Ab. in c. cũ olim. el 1. j. de priui. & do. Car. cõsi. 27. & Bal. in l. gesta. C. de re iud. cũ concor. ¶ No. sextò iuxta hoc, ꝙ ubi sufficit summaria cognitio, dẽt instr̃m eẽ sine macula, & abrasione, & nõ sufficit, ꝙ iuueẽ testib⁹, alias aũt ꝓcedit notabile p̃cedẽs. Ita dixit Iac. But. ĩ auth. si qs in aliquo. C. de eden. quẽ allegat & sequitur Bar. in l. 1. post prin. C. ut in pos. lega. & in in d. l. fi. C. de fideicom. Et iõ ubicũq; statutũ dicit, viso instr̃o fiat sic, dẽt eẽ scriptura sine vitio visibili, ſm Bal. ĩ d. l. fi. ¶ No. septimo, ꝙ rasura in vno loco suspecto non vitiat totũ instr̃m in capitulis separatis, secundũ Bal. do. Car. & do. Abb. hic, dicentes, secus in dicto testis ꝓpter periuriũ amplectens totũ testimoniũ, vt per Bal. in l. fi. in 4 oppositione, C. de edicto diui Adria. de quo satis dixi alias in c. fraternitatis. j. de hære. vbi posui de utroque. Et de rescripto uide bonũ tex. in c. si eo tpe. de rescr. in 6. ut latè do. An. & Imo. in c. ɔstitutus. s̃.
16 de rescr. & ibi aliqñ dicetur. ¶ Not, octauò. ꝙ † in dispositione fauorabili, ut in legato libertatis, nulla cancellatio uitiat, l. proxime. in fi. ff. đ his quæ in testa. del. & hoc qñ dubitatur, an testator voluerit debere, an inconsulte hoc ꝓcesserit. Si aũt apparet de volũtate, tunc in dubio tolleretur legatũ, l. cãcellauerat. eo. ti. Et quod dictũ est de legato libertatis, extendiẽ ad legatũ pro aĩa, ſm Bar, elegãter. in d. l. si vnus. & in d. l. proxime. in fi. & sequiẽ do. Ab. hic, & Ro. in auth. similiter. in primo priuilegio vltimarũ voluntatũ, C. ad l. Fal. æquiparẽdo vtrũque legatũ, ut per Bar. & Bal. in l. 1. C. de sac. san. eccle. & Bal. & Ang. in l. captatorias. C. de test. mili. ¶ No. nonò, ꝙ si instrumentũ fuit ꝓductũ sine macula, & postea reperitur maculatũ, nõ perit fides instrumẽti, ſm Bal. in d. l. si vn⁹ in fi. ꝑ l. j. ff. si tabulæ testamenti extabũt. ¶ Not. decimò & vltimò, ꝙ in ꝓposito dr̃ locus suspectus, qñ qs releuaretur per scripturã in loco abraso ab onere ꝓbandi. Et est locus non suspectus, qñ quis hẽt docere de veritate, ſm Bal. hic, qui ponit quædam alia non multum vtilia.

* Abrasio. *Adde ad materiam Rom. consil. 369. inci. circa primũ. col. 12. ver. quo ad octauum. & colũ. 13. ver. cum ergo ex hijs appareat.*

a Si rasura. *Adde tu, et dic ꝙ Felin. hic male dicit nã vult, ꝙ ĩ possessorio indistĩcte ꝑ cãcellationẽ semꝑ reijciatur scriptura, et male. dic, aut cãcellatio est ĩ parte substãtiali, aut in cap. de quo erat quæstio, et tunc nõ proceditur ad inquisitionem ueritatis. per d. l. fi. C. de edic. diui Adria. tollẽ, quæ loquitur in istis terminis. Aut cãcellatio nõ est in parte substãtiali, seu ĩ c. de quo erat qõ, & tunc ẽt in possessorio iudicio nõ nocet cancellatio, per glo. in d. l. fin. in ver. vitiatum, quam omnes Docto. ibi sequuntur. hoc modo & debes intelligere Bart. in l. si vnus. C. de testa. qui tenet opi. istam, quã tenuit hic Fel. sed omnes Scribentes reprehẽdunt Bar. in d. l. si vnus. & per consequẽs sublata est ista opin. Feli. quã habuit à Barto. quamuis de eo nullam faciat mentionem.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus de remotis partibus vt deferat munimenta, an teneatur deferre instrumenta.*
2 *Appellari an possit à præcepto periculoso, vel difficili.*

Universidad de Deusto Biblioteca

3 Difficultas excusans à præcepto inferioris, an excuset à præcepto Papæ.
4 Papa si præcipit aliquid religioso, quod est contra regulam suam, an teneatur obedire.
5 Tantum iudicatur de eo, quod potest fieri absque magna difficultate, quantum de impossibili.
6 Sententia diffinitiua potest ferri lite non contestata in casu hic posito. Et hoc amplius declarat infra nu. 7. 8. & 9.
10 Sententiæ si opponitur, quòd sit lata per falsos testes, vel falsa instrumenta, statur ei, quandiu cognitio pendet. nu. 11.
12 Lacerans instrumentum in præsentia iudicis, quod intendit arguere de falso, qualiter puniatur.
13 Et quid de lacerante iura aduersarij.
14 Et quid de subtrahente instrumentum aduersarij, & proijciente in ignem proprium instrumentum.
15 Subtrahens aduersario facultatem probandi, debet perdere cām.

CAPITVLVM IIII.

ACcepimus. ¶ Redarguēti priuilegiū de falso iudex facit illud exhiberi coram iudice, & paucis ꝑsonis in loco congruo & securo, & interim stabit snīæ latæ ꝑ illud. H. D. ¶ In† tex.
1 ibi, difficile & periculosum. Per hoc declarari dēt gl. in c. cupiētes. §. si uerò. in uer. alibi. de elec. in 6. dū requirit ꝙ citatus ex remotis partibus ut deferat munimēta, teneat deferre instrā, & dixi in c. ꝑuenit. el. 1. s̄. ti. 1. vt nō ꝑcedat in originalib⁹. Sed sufficit portare exēpla facta solēniter, ſm formā c. fi. j̄. eo. vt hic per do. Abb. ꝑ quo facit lex, vnū testamentū. ff. de testa. ubi nauigaturus pōt de testō suo facere fieri exēplū, & facit, qđ dixi post alios in c. Albericus. s̄. de testib. ¶ Et ꝑ hoc infert Hostiē.
2 hic, posse† appellari à ꝑcepto periculoso, vł difficili, qđ cognoscet̄ superioris arbitrio, ſm ipsū, ꝓ quo uide Bal. in l. si decesserit. in lectura antiqua, & ibi ēt Ang. ff. q satisd. cog. ubi dn̄t, ꝙ ꝑceptū iudicis ꝯtinēs qđ impossibile nō tenet facta distinctione, an iudex sciuerit an ignorauerit, vt ibi & l. pe. & fi. ff. q̄ snīæ sine app. rescin. Si aūt ꝑceptū ꝯtineret aliqđ multū difficile, adeo ꝙ rōne difficultatis excusationē habebat ille, cui ꝑcipiebat̄, tūc bn̄ distinguitur, aut ꝑcepit sciēter, & est multū. aut ignorāter, & valet, sed hēt locū restitutio in integrū, l. q̄sitū. cū gl. in verbo, iudicata. & ibi ꝑ Bar. ff. de re iud. & de hoc ꝑ Do. in c. nerui. 13. dist. & gl. & Arch. 11. q. 3. in summa.
3 ¶ Et † addit hic do. Ab. ꝙ nō oīs difficultas excusans à ꝑcepto inferioris a Papa excusaret à ꝑcepto ipsi⁹ Papæ, nā iugū ab eo impositū, ētsi eēt durū, ferendū est, ꝑ c. in memoriā. 19. dist. l3 gl. 1. ibi aliud dicat, vt hic ꝑ do. Ab. ꝓ quo l3 multa adduci possent, tñ simpł̄r remitto ad Petrū de Mōte in sua monarchia, vbi exclamat de text. in d. c. in memoriā. dicēs per ipsum multū tēperari tritū dictū Inn. in c. inquisitioni. j̄. de sen. exc. dū dicit laicū, q nō est de tpali iurisd. ecclesiæ, nō teneri ad obediēdū Papæ in nō ꝯcernētibus aīam, l3 ad illū tex. posset dici, ꝙ nō ꝓbat indistinctè quē teneri, dato ꝙ ille patientiā ꝓpriā cōmendet, & illud dictū Inn. approbat do. Abb. in c. 2. j̄. de voto. & in c. ꝯstitutus j̄. de reli. do. & in c. si quā do. s̄. de rescr. & vide Hos. quē oēs ibi sequunt̄, in c. significauit. s̄. de off. ord. ubi dicit, nō eē obediēdū Papæ, vbi imminet peccatū per ipsum nō remissibile. ¶ Et idē dicas, si scribat ꝓ notoriè indigno, ſm Io. An. ī c. cū adeo. s̄. de rescr. de quo ꝑ oēs ibi, & in c si qñ. eo. tit. & de istis vide qđ no. Inn. in c. quāto. ꝓpe fi. ibi. Et. n. in omnibus. s̄. de ꝯsue. & Imo. in c. q̄ in eccłarū. s̄. de ꝯstit. & latè per Car. sancti Sixti in tractatu de ptāte Papæ, q. 14. 25. & 49. post B. Tho. in quarto. ꝯtra gentiles, c. 76. & 2. 2. q. 2. arti. 3. ubi inuenies, an sit hæreticus recusans obedire Papæ, quasi nō sit verus successor Petri. & vide Do. in §. hinc ēt. 17. dis. vbi dicit, ꝙ Cardinales discedētes è voluntate Papæ añ depositionē sunt schismatici, & infert ad Cardinales, q decesserūt à Gregorio vndecimo, & de Luca iuerunt Pisas añ depositionē, ꝯtra c. nōne. 8. q. 4. & vide
4 Inn. in c. nec Dei. in gl. 2. j̄. de symo. vbi dicit, ꝙ si† Papa ꝑcipit aliqđ religioso ꝯtra regulā suā, nō tenet̄ obedire, & vide gl. Deutero. 18. sup verbis, Prophetā suscitabo đ fratribus vestris, quicūq; illū nō audierit, illius ego vltor existā, & gl. dicit, ꝙ resistētes Pontifici sunt graui pœna puniēdi. ¶ Et nota, ꝙ Papa nō pōt facere, ꝙ illud, qđ est peccatū veniale, sit mortale, posset tñ per ꝑceptū obligare, ne illud fiat, & ꝯtraueniēs peccabit mortał̄r, rōne qa ꝯtra ꝑceptū, nō qa veniale sit effectū mortale, vt subtiliter per Franciscū de Marone in 4. dist. 19. q. art. 1. & adde Pet. de Anc. ꝯs. 245. inci. Per ꝑdicta subtiliter, vbi elegāter ꝯsuluit per excōicationē latā per executores uigore rescripti Apostolici ipso facto excōicatū suspēdi per appellationē ꝑcedentē appositis legitimis exceptionibus ad qđ vide do. Card. Imo. & do. Abb. in d. c. si qñ. Et ista
5 not. de qb. alias diffusius. ¶ Et ꝑ istū tex. vr̄, ꝙ † tm̄ iudicetur de eo, qđ ꝑt fieri absq; magna difficultate quātū de īpossibili, & ad hoc ēt adduci posset elegās decisio Do. in c. ab exordio. in fi. 35. dist. & in ca. in Canonicis. circa mediū, 19. dist. vbi dicit, ꝙ sicut inferior à Papa pōt ꝯuertere in aliū vsum illud, qđ ē relictū pro
* pio usū, si est impossibile, * c. nos qđē. * j̄. de testa. ita si est multū difficile. Et ē decisio Bar. l3 nō dicat, in l. apud Iulianū. §. fi. in prin. ff. de leg. 1. Et hinc est ēt ꝙ sicut de iure ciuili pōt appellari ab interlocutoria habēte grauamē irreparabile, alias secus, ut ꝑ Bar. in l. 2. ff. đ app. recip. ita ēt, si est reparabile, sed cū magna difficultate, ſm Bar. in l. j. §. q̄situ. ff. de ap. recip. Ad idē, qđ no. Bar. in l. pe. ī prin. ff. si cer. pe. ubi dixit ꝙ sicut pōt omitti principalis, & grauari fideiussor, qñ impossibile est, ꝙ principalis soluat, ut ꝑ Bar. in l. decē. ff. de ver. obl. ita ēt, si sit ualde difficile, fortè ꝑꝑ eius impotētiā, tñ ista recipiūt instantiā, ex dicto Hos. hic, dū dicit à ꝑcepto difficili posse appellari, & tñ si eēt impossibile, nō oporteret appellare, d. l. fi. ff. q̄
6 snīæ sine app. rescin. ¶ In † tex. ibi, si uerò ñ venerit. Nota, ꝙ impugnāti priuilegia pōt statui terminus, quo elapso silentiū sibi imponat̄, & sic fert̄ diffinitiua lite nō ꝯtestata, cū videat̄ agi ꝯdictione ex l. diffamari. C. de ingenuis manumissis. qđ intelligit hic do. Ant. qñ in assignatione termini fit ꝯminatio de silētio imponēdo. Et de hmōi edictis qbus post tēpus silentiū inducit̄, uide Inno. do. Ant. & alios in c. cū in tua. j̄. q matri. accus. poss. ubi bonus tex. & Ang. & Sali. in l. si ea. C. q accus. nō pos. & Bal. in auth. ad hæc. in pe. col. C. de usuris. & in d. l. diffamari, & in l. 1. C. ut nemo inuitus. & oēs in c. fi. ꝑ illū tex. de elec. in 6. & Imo. plene post alios in l. quādiu. ff. đ acq. hær. & Bar. in l. Titia. ff. de acc. cū ꝯcor. Et quāuis Ange. ī §. si qs aūt nō implēs. in Auth. de hær. & Falc. & in §. si qs aūt ꝓ redēptiōe. in Auth. de eccłasticis ti. dicat, requiri binā monitionē añ impositionē talis silētij, tñ hoc ñ vr̄ necessariū, ubi ꝑcessit ꝯminatio, vt dixi post d. Ant. & sentit Bar. in l. mancipiorū. in fi. ff. de optione legata. ¶ Et non solū vr̄ imponi silētiū ꝑlato, de quo hic, sed ēt successoribus suis ſm Hos. & alios hic. c. 1. j̄. de sol. & sic nedū snīa descēdes ex discussis iurib⁹ eccłæ nocet eccłæ, sed ēt descēdēs ex negligētia extēdendi iura. Ex quo exclamat hic do. Ab. & facit, qđ no. Inn. in c. fraternitatē. j̄. de dona. & gl. 1 c. si epm̄. 16. q. 6. & in regula, delictū. đ reg. iu. ī 6. vbi delictū ī omittēdo, uel ī acti-
* bus iudicialib⁹ nocet eccłæ. * ut latius ꝑ do. Ant. & do. Ab. in c. 1. s̄. de dolo &
7 ꝯtu. ¶ Sed † istud declara primò, ut nō ꝓcedat qñ ex impositione dicti silētij eccła pateret̄ graue ꝑiudicū, quia delictū ꝑlati nō nocet eccłæ, ut ꝑ do. Abb. in c. 1. de dolo & ꝯt. & facit, qđ ipse no. in c. fi. j̄. de dona. inter uir. & vx. & do. Ab. in c. verū. j̄. de ꝯdi. appo. dū dn̄t negligentiā in omittēdo non nocere eccłæ ī legato sibi facto, nisi delinquere-

* Impossibile. *Adde cle. qa contingit. de reli. do. & ibi Card. q. 3. vbi habes, quòd solus Papa potest mutare legatum ad actū piū. fallit tamē ut hic ī tex. ad quam materiā ui. Pau. de Castr. consi. 16. & Petr. de perus. in tract. quar. episcop. c. 9. colum. 5.*

* Nocet eccłæ. *Adde Cyn. Bar. Bal. et Saly. in l. meminerint, et in l. si quis in tātam C. un. ui. Cy. Bar. Bal. et Sal. in l. iubemus nullam. C. de Sacros. eccles. Inn. & Abb. in c. 1. vt lit. non contestata. Bar. in l. aut facta. § fin. ff. de pœn. Abb. in cons. 40. col. 3. volu. 1. ꝑlatus enim æqꝑatur tutori vel curatori gloss. fin. in c. ex præsentiū, & ibi Abb. de pigno. Abb. in c. cū deputatis. in fi. de iudici. qui tutor vel curator non possunt nocere pupillo vel adulto. Roma. consil. 425. incipien. quoad primum. et consil. 139. incipi. pro proposita. Adde tamen Angel. consil. 241 incip. omne datū. & Aucto. ī c. cū venerabilis. col. 5. uer. ad intellectū regulæ delictū, de except. ducētes delictum prælati nō nocere ecclesiæ in iudicialibus et ui. Aucto. in ca. cum accessissent. col. 16. versi. et pro intelligētia. & c. de constit. vbi ponit duos casus quibus prælatus tacitè potest præiudicare ecclesiæ & ad præmissa vide Alex. cōs. 23. vol. 1. & Bald. in prælud. feud. col. fi. & vi. hic Aucto. late seipsum declarantem.*

* tur cū ꝯuentu, * iuxta gl. in c. cū dilectus. in verbo, dolū, s̄. de ordi. cog. Sed forte ista declarō ꝓcedit ī extraiudicialibus, nō aūt in iudicialib⁹, sicut hic ꝑ notata ī locis primò allegatis. ¶ Secūdo declara, ut ñ ꝓcedat ullo mō, qñ ꝑlatus cū ꝯuentu dolose distulisset ꝯparere, ſm Hos. & alios hic, & dic, ꝙ tūc ēt post quadriēniū eccła poterit peter̄ restitutionē ī integrū, ꝑ c. 1. đ rest. ī integ. ī 6. Et idē cessāte dolo, qñ de bāno ꝯstaret euidētissimè, ſm gl fi. ī d. c. 1. q̄ multū no. d. Ab. ī c. j. ī j. col. s̄. de rest. in integ. Et ita ꝑ hoc remediū saluari pos
8 set ꝑcedēs declarō. ¶ Et † idē, si eēt grauamē successiuū, arg. ei⁹ qđ no. d. An. ī c. ex parte s̄ de resti. spo. ubi dicit, ꝙ su ꝑ ꝯtinua læsione semꝑ pōt peti restitutio ī integrū, vt puta, ī cā mr̄imoniali ī qua semꝑ subest periculū aīæ, sicut ēt dr̄, ꝙ à grauamine ꝯtinuò ꝯsistēte ī facto, nō ī uerbo, puta carceratiōe, semꝑ pōt appellari, ſm Bal. ī l. j. circa, fi. C. snīam rescin. nō pos. & d. Ant. in c. cū cessante. j̄. de app. & Imo. post Pau. in
9 cl. cām. đ ele. cū ꝯcor. ¶ Tertio† declara, qa ꝯtra ꝑlatū negligētē ī omittēdo
* pōt eccła agere, * vt đ suo soluat, ſm gl. i §. ꝑt. ī uer. ꝑueniāt 16. q. 3. quā facit sing. do. Ab. in c. si de terra. j̄. de priuil. no. Arc. in c. qcūq;. 12. q. 4. & pōt ager̄ ꝯtra oēs hr̄des ꝑlati, vt ꝑ d. Ab. in c. j. s̄. de rest. ī integ. ētsi eēt dānū lucri cessātis, vt ꝑ gl. in verbo, neglecta in d. c. quicūq;. & sentit gl. fi. ī c. placuit 7. q. j. Et đ his ꝑ do. Ab. ī d. c. j. ver. nota bn̄. de do. & ꝯtu. & in c. ꝯstitut⁹. in pe. col. j̄. de religiosis domib⁹. ¶ In text. ibi, snīam q̄
10 eorū obtētu. No. † bn̄, ꝙ si opponitur snīæ, ꝙ sit lata ꝑ falsos testes, vel falsa instrā, stat̄ ei donec pēdet cognitio, qđ īducit d. Car. hic ad qōnē, quā habuit ī facto, nā Iuristæ habebāt snīam latā sup iurib⁹ ꝑeminētię ī uniuersitatē Medicorū & Artistarū, & illi Artistæ, s. opponebāt nullitatē ex defectu ꝓcur. qa dicebāt mādatū falsū, ꝙ interī dēt ser-
11 uari snīa. Qđ bn̄ no. ¶ Si† autē uigore istorū priuilegiorū ñ fuisset lata sentētia, an lite pēdēte eēt loc⁹ exēptiōi? vide Inn. ī c. ex parte dilectæ in Chr̄o. j̄. dē ver. sig. & d. An. & d. Ab. ī c. uenerabili. in ult. col. j̄. de cēsi. post Inno. ibi, de quo meminit Do. ī c. cū ꝑsonæ. §. fi. in vlt. col. de pri in 6. ꝯcludēs, ꝙ sic, si pri⁹ abbas fuisset in possessiōe exēptiōis, alias nō, ꝑ illū tex. Et si de possessiōe nō apparet, ꝑsumit̄ ꝓ epō, arg. d. c. cū ꝑsonæ. ī fi. & c. cū venerabilis. j̄. de excep. ¶ Et si đ paritate possessiōis ꝯtēdit̄, recurrit̄ ad notata in c. l3. s̄. de ꝓba. & vide Bal. in l. fi. ver. vlt. scias. C. si ex falsis instr. vbi dicit, ꝙ instr̄m, l3 pendeat qō falsi, nō efficit̄ suspectū ꝑ solā litis pēdētiā, sed si alr̄ eēt suspectū, nō daret̄ ei fi-
13 des. Alle Inn. hic. ¶ Vltimò† omissis his, q̄ sup glossis clarè scribūt̄, teneo mēti, qđ dicit Hos. hic, ꝙ si archiepš iste ꝑsente iudice lacerasset ista priuilegia, fuisset punitus acriter & extraordinariè, arg. c. ꝑuenit. el j. s̄. ti. j. Et ꝑ hoc refert hic d. Car. se dixisse in qōne facti, ꝙ reus, q lacerauit libellū actoris in ꝑsentia iudicis, dēt puniri ex offiō iudicis, q vr̄ fuisse elus⁹, ex qua rōne refert ēt se dixisse in alia q. ꝙ epš, q est ꝑsens, qñ qs doctorat̄, vel eius vicarius, si ali⁹, q̄ q solet, vult exigere iuramētū à doctorādo, pōt & dēt ex offiō ꝓhibere, nā vbiq; in sua diœcesi hēt sedē, ca. cū epš. de off. ordi. in 6. & sic tenet̄ ex offiō impedire scādala in actib. eccłasticis, qualis est ille, cū uniuersitas scholariū ꝑꝑ mixturā clericorū dicat̄ eccłastica, vt per ipsū & alios, ut in c. ex literis. s̄. de ꝯsti. Et de isto lacerante vide ēt Bal. in l. 1. C. eo ti. vbi allegādo Host. hic, dicit, stan-
13 dū † eē iuramēto aduersarij de ꝯtētis in instr̄o lacerato, per l. si de possessione, & ibi ēt hoc dicit Bal. C. de ꝓb. & vide eūdē in l. q accusare. circa mediū, C. de edē. & Spe. in ti. de teste. §. satis utił̄r, in fi. vbi dn̄t, ꝙ stat̄ iuramento partis, q̄ perdidit ꝓbationē dolo aduersarij, & exēplificat Bal. in eo, q deleuit instr̄m. Et de ꝯburente publicas scripturas, vt pridie in creatione excelsi ducis nr̄i D. D. Herculis Estēsis factū fuit, q principatū obtinuit die 20 August. Anno Mcccclxxj. vide tex. cū glo. in l. Paulus. in vers. surripuerit. ff. de falsis. & in l. 1. §. q in rōnibus. ff. de falsis. & Sali. in l. eū, qui. C. de falsis. & Bal. in c. ꝑuenit. el 1. s̄. titu. 1. ubi dr̄, ꝙ si hoc fit, vt veritas nulli appareat, imminet pœna falsi, alias aūt extraordinaria, per l. 3. §. si qs dolo. ff. de tabulis exhibē. & ꝯueniri pōt Aqlia, l. in lege Aqlia si deletū. ff. ad l. Aquil. & in l. q tabulas. in fin. ff. de
14 fur. ¶ Et † de subtrahēte instr̄m aduersario, vide Bal. & Sal. in d. l. eū, q. per illū tex. cū gl. ¶ Et de occultante testē dixi post Bal. in d. c. ꝑuenit. el 1 ¶ Et de ꝓijciente in ignē ꝓpriū instr̄m, qñ arguebatur de falso, vide pulchre Pet. de Anch. ꝯs. 169. inci. Circa primū, ubi ꝯsuluit valde elegāter eū teneri de falso, qa nō potuit pœnitere in ꝑiudiciū aduersarij, cui ex ꝓductione erat q̄sitū ius redarguēdi, & per ꝯn̄s obtinēdi, ꝙ ille caderet à cā, & loquit̄ in eo, q dicebat̄ fabricasse falsū: in eo aūt, q simpł̄r uteret̄, vr̄ distinguere, an post ꝓtestationē aduersarij adhuc dixerit se uelle vti, & tūc idē, qđ in ꝑcedenti ꝓpter ius aduersario q̄sitū, arg. c. ab eo. de elec. in 6. Aut redargutus statim ꝯbussit, & excusat̄ qa re integra potuit pœnitere, fortè ignarus uitij, per l. q falsos. ff. de falsis. ut ibi lati⁹ ꝑ
15 eū. Et † subdit hic do. Ab. de istis instrumentis laceratis
* corā iudice * ita iudicat̄, ac si plene ꝓbassent, per d. l. si de possessione. Et facit ad qōnē, an subtrahens aduersario facultatē ꝓbandi perdat cām, de quo dixi in d. c. ꝑuenit. el 1. Et dicit hic d. Ab. ꝙ laceratio istius archiepi, l3 in alio operaret̄, ꝙ illa ꝓbō destructa haberetur pro facta, tñ in ipso hoc non operabit̄, qa sua temeritas noceret ecclesiæ, & l3 in iudicialib. ꝑlatus ꝑiudicet eccłę, ut per gl. in d. regula, delictū. tñ talis actus nō attinet ad ordinē iudicij, & dicit eē bonū tex, in c. cū uenerabilis. j̄. de exce. sed puniet̄ ad interesset partis, per c. si qs de clericis. 12. q. 2. Et istud intelligit̄, qñ illud, qđ ꝯtinet̄ in instrumentis laceratis, pōt ēt alr̄ ꝓbari. Sed si ex hoc perijsset eorū uirtus, putat do. Ab. ultra alios, ita posse ꝓcedi, ac si plene ꝯtinerēt, qđ pars allegabat, ex quo eorū ꝓbatio est facta impossibilis ex facto archiepi. vt hic per ipsū, cuius dictū nō ꝓcedit sine dubio propter rōnem d. c. cū uenerabilis, & qa delictū ꝯsistit in omittēdo, iō stat regula, ꝙ nō nocet eccłę dicta regula, delictū, & ñ sumus in iudicialib⁹, vt dictū
16 est. ¶ Et † ista pn̄t induci ad notariū, q negat se fuisse rogatū, & ꝯuīcit̄ đ mēdatio, đ quo ꝑ Bar. ī l. eū, q. C. de falsis. & ī l. fi. ver. sextò q̄rit̄. C. de edē. & in rub. C. de fi. inst. & Ang. & Imo. ī l. j. ff. đ publi. iud. & Io. An. solēniter ī Spe. ī isto ti. §. instr̄m. ī prin. Et ē ꝯclō, ꝙ si ꝯuincit̄, & factū ñ sit antiquū, ꝑsumitur negasse, & puni-

* Cum conuētu. *Adde Dy. ad regulam, Delictū in fi. ver. vbi ponit solere communiter dici, quòd delictū commissum à prælato & collegio cōmunicato consilio redundare posset in damnum ecclesiæ, l. iubemus nullam. C. de sacros. eccles. Delictum vero prælati tantum seu alicuius de collegio ecclesiæ nō præiudicat per reg. ibi.*

* Eccła agere. *Adde hoc esse ex ratione quā supra posui in addit. ad uer. nocet ecclesiæ. ver. qui tutor vel curator & vltra ibi dicta, adde hic Rom. cōs. 24. inci. visa facti serie col. 1. vbi dicit quòd tutor negligens tenetur ad interesse. & adde eum singul. 176. inci. iure hodierno. Bal. in l. 1. ad fi. vers. deinde uento. C. đ cōd. ind. Barb. consi. 10. inc. illud referā in mediū. col. 9. li. 4.*

* Laceratis corā iudice. *Adde ad dicta hic, et ad §. ꝓxime dicta. in versi. Et de isto lacerante, Bal. in l. si de possessione. C. de probat. Sal. in l. j. §. qui ī rationibus ff. de fals. & vi. tex. in l. 3. §. si quis dolo. de tab. exhiben. Alex. in l. respiciendū. §. delinquunt. de pœn. Aucto. in c. sicut. col. 5. vers. quarta conclusio. de re iu. et in c. cū causam. num. 16. de testi. Rom. singul. 381. inci. Dum contra aliquē, & Corset. ī suis sing. ī ver. falsū. j. inc. Quidā ꝓduxit. et distīguat secundū eum ibi.*

Universidad de Deusto Biblioteca

tur de facto. Si aũt factũ est antiquũ, secus, nisi eẽt factũ notabile, vt per do. Ant. in c. ab excõicato. s̄. de rescri. p tex. in c. cũ illorũ. ad fi. ibi, nisi graue, j̄ de sen. excõ. & vide Fed. ɔs. 113. inci. legitimus ɔstituit, ubi dicit, ꝙ si notarius dicit se ɔfecisse instr̃m, tñ dicit ꝙ amisit imbreuiaturã, nõ credit iuramẽto suo, sed dẽt casum amissionis pbare, & dicit esse gl. no. in l. si qs ex argẽtarijs. §. fi. ff. đ eden. qa est in culpa, si nõ retinuit penes se cũ diligenti custodia, & agitur de magno piudicio. Facit gl. in cle. j. §. cæterũ. de usuris. & qđ no. Ang. ĩ l. 2. C. de testa. ¶ Nõ obst. l. fi. C. de fid. instr. qa ibi pars, q̃ pduxit instr̃m suũ, posteaquã fuit illi adhibita fides, nõ fuit in culpa, si diligẽter vlterius nõ custodiuerit, cũ instr̃m ad aliũ nõ pertineret, nec ipse rõne alicuius officij tenebat ad custodiendũ, vt alteri exiberet, merito stat iuramẽto suo. Tñ dicit Bal. in l. fi. C. de eden. & in l. fi. in fi. C. de fi. instr. ꝙ si notarius perdidisset originale pp incẽdiũ, audiret hoc iurans ɔcurrente verisimilitudine. Et intellige, dũ mõ casus fuerit pter eius culpã, ut per Bal. ĩ l. si creditor. circa fi. C. de pig. ac. & Sal. in l. quæ fortuitis. C. eo. & Imo. ĩ c. j. j̄. đ ɔmodato. & Bar. ĩ l. qđ Nerua. ff. depos. ¶ Vltimo reprehẽdi pt qđ dicit d. Abb. ꝙ stãte periculo potuisset hic fieri exemplatio parte non uocata, quia istud non fuisset sufficiens, cum falsitas originalium cõsistere posset & in rasura, & in sigillo, vt s̄. c. prox. & j̄. eo. c. inter dilectos. Et ita tenet Dom. in c. ut veterum, in fi. 9. distin.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum originale si sit productum in iudicio, an debeat dimitti apud acta iudicij.*
2 *Statutum allegans, an teneatur producere totum statutum.*
3 *Solummodò, Tantummodò, Tantũ, hæ dictiones quid significent.*
4 *Priuilegium & indulgentia qualiter differunt.*

CAPITVLVM V.

Contingit. ¶ Instr̃m, uel priuilegiũ quo qs vtitur, aduersario ab eorũ iudice legi debet, & in eo solo capitulo, de quo agit, edi. H. D. ¶ Et per istũ tex. maxime iũcta gl. j. dicit do. Abb. eẽ bñ no-
1 tandũ, ꝙ † vtens priuilegio, vel alio instrumẽto in iudicio, nõ tenet originale dimittere apud acta, sed satis ẽ psentare in iudicio psente parte, & copiã capituli, ĩ quo est qõ, edere *. & facit c. cũ personæ. ĩ prin. de priui. in 6. & vr̃ tex. iuncta glo. in l. fi. & ibi Bar. C. de fid. instr. Et quãuis per istũ tex. sufficiat legere audiente parte ɔtraria, tñ hodie secus, per d. c. cũ personæ. ubi tradit ad legendũ, & integraliter aduersario. Et ita tenẽt Inno. do. Car. & do. Anto. hic, dicentes, istũ tex. in hoc esse correctũ, & ide gl. in d. c. cũ personæ. in ver. integraliter. pp qđ verum vr̃ ẽt pœmiũ eẽ legẽdũ, cũ ex eo plurimũ arguat intẽtio dispositionis, l. regula. §. 1. ff. de iuris & facti igno. & l. fi. ff. de hære. insti. & no. domi. Abb. in c. ex multa. j̄ de voto & in c. examinata. s̄. de iu. & Lapus allegatione 101. & do. Car. in c. pe. j̄. de clericis cõiug. & Bal. in c. scđo requiris. j̄. de ap. & Ange. in l. itẽ qa. §. idẽ Iulianus. ff. de pact. & Do. in c. qm̃. de immu. eccl. in 6. cũ si. ¶ Et fit ista traditio expẽsis priuilegiati, vt p Do. in c. cũ psonę. post prin. ¶ Quid aũt de alijs instrumẽtis, dixi in c. j. in 9. fallẽtia, s̄. de prob. ¶ Et pdicta limita, nisi ĩ priuilegio, vel instr̃o vltimoue capitulo, đ quo eẽt qõ, esset aliqđ aliud capitulũ, sine quo nõ posset bene intelligi capitulũ, de quo est quæstio, quia tũc ẽt illud editur *, secundũ do. Car. hic, allegat l. qui filiabus. in princ. & ibi etiã hoc tenẽt Bar. Bal. & Ang. ff. de leg. 1. & sentit Bar. in l. gallus. § idẽ credendũ. ff. de libe. & posthu. dũ allegat l. si qs ex argentarijs. §. finitiũ. ff. de eden. quia una oratio sæpe declarat per aliã positam in eodẽ instr̃o, d. c. secundo requiris. ¶ Et adde, ꝙ si iudici, vel istis deputatis videretur ista electio nõ

* Edere. *Adde Sal. in l. 1. C. de eden. Alex. ĩ l. argentarius. §. edi. ff. eo. & adde quæ habentur ad hãc materiã per Phi. in c. 1. s̄. de prob.*

* Illud editur. *Adde ad hoc propositum not. quòd si notarius facit copiã actuum pœnes se productorũ parti aduersæ sine licẽtia et uolũtate partis producentis, tenetur pœna falsi l. pœna legis. §. i q. peruenit. ff. de fal. & nõ solũ requiritur licẽtia partis sed ẽt iudicis ad hoc vt notari⁹ possit dare acta causæ alteri parti. Bal. ĩ l. is apud quem. ĩ princ. C. de eden. et ibi Pau. de Cas. pro quo facit glos. in c. prudentiam. in uer. nuntium. đ offi. dele. quam dixit sing. Barb. ibi in 7. char. colũ. 2.*

necessaria, pt omitti, s̃m Host. & Bal. hic, tũ qa nõ interest, tũ ut euitent iurgia. ¶ Itẽ p istũ tex. tractãt hic do. An.
2 do. Abb. & aliqd Imo. vtrũ † allegans statutũ teneat pducere totũ volumẽ, an statutũ tm̃, an particulã statuti, & simpliciter referunt Bar. in rub. * ff. đ ope. no. nun. Sed quia ipsi ẽt posuerũt in c. 1. ppe fi. s̄. de pb. & ibi opportune scripsi ad finẽ, iõ nõ repeto. Sed adde vnũ, ꝙ ubi allegat statutũ ɔtinens idẽ, qđ ius cõe hẽt, nõ est opus statutũ edere. Ita signãter no. do. Abb. in c. pastoralis. j̄. eo. ¶ Itẽ p istũ tex. dicit Bal. in l. eo, ꝙ a multis. in fi. C. si cer. pe. ꝙ aliud est ostẽdere instr̃m, aliud vti instr̃o, ex quo infert elegãter, ꝙ si statutũ dicat, ꝙ utẽs instr̃o, ĩ quo filiusfamilias obligatus sit absq; ɔsensu patris, incidat in penã, & in eodẽ instr̃o unus habeat obligatũ filiũfamilias, & aliũ correũ, certè si utit instr̃o ɔtra correũ, non incurrit pœnã. ¶ Nec obst. ꝙ utat instr̃o, in quo est obligatus filiusfamilias, qa nõ dr̃ uti ɔtra eũ, ɔtra quẽ nõ pducit. Aliud est. n. ostendere, aliud vti, vt hic s̃m ipsum. ¶ Itẽ per istũ tex. pbante, ꝙ ex sola lectione alicuius rei nõ psumit tãta instructio, sicut ex cõmodiori visione, infert do. Abb. ad eũ, q uidit simplr̃ attestationes, an videat eas pcunctatus? & remittit ad dicta p se in c. vltra tertiã. s̄. de test. & ibi etiã satis dixi. ¶ Itẽ per istũ tex. in verbo, Tantummodo, dicit hic do. Car. ꝙ dictio Tantũmodò, est dictio taxatiua
3 & sic ɔcludit negationẽ in alijs. ¶ Et † idẽ dicit de dictione Solummodò, & alle. l. Lucius. § q̃ habebat. ff. ad Trebel. & c. cũ eccl̃a. s̄. de cau. pos. de qbus remittit ad Bart. & bñ, in l. 1. ff. si qs ius dicẽti nõ obtem. ¶ Et de dictione Tantũmodò, idẽ dicit Do in c. mos est in 1 col. 1 dis. de quo et p gl. fi. in c. cũ ad uerũ 96. dis. ¶ Et de dictione Tãtũ, vide etiã Bar. in d. l. 1. & Bal. in repe l. cũ mulier. ĩ pe. char. ff. sol. mat. & Ang. ɔs. 188. & do. Ant. ĩ d. c. cũ eccl̃a. §. 1. in 1. col. & Do. ĩ c. quãuis. circa prin. de pcur. in 6. & Bar. in l. mutus. §. pœnã. ff. de pcu. & in l. seruũ quoq;. §. ait ptor. eo. ti. & Imo. in cle. nõ põt. de pc. & Bar. in l. rõnes. C. de pb. & in l. 3. §. cũ Titio. ff. de adimẽ. lega. & ĩ l. cũ ita legatũ. ff. de ɔdi. & demõ. & Bal. in l. si qs ex cõsensu. circa prin. C. de epãli aud. & in c. 1. §. similis. de l. Cõradi. & gl. ĩ verbo, immobiliũ. ĩ c. is cui. đ ele. in 6. ¶ Et dic, ꝙ dictio taxatiua nõ ita excludit, quin includat cũcta ad se ptinẽtia, ut ẽ text. in cle. exiui. §. cũ aũt nã. de ver. sig. quẽ Ro. facit ualde sing. ĩ d. l. 1. in prin. si qs ius dicẽti. & ĩ l. stipulatio ista, ĩ prin. ff. de uer. obl. & ɔs. 114. añ fi. * & facit, qđ no. Bar. in d. § pœna. & Im. ĩ d. cle. nõ
1 pt. & Rot. ĩ antiqs decis. 362. * inci. an pc. ubi dicit, ꝙ pcurator datus ad audiẽdã sñiam dũtaxat, pt ẽt appellar̃, l3 nõ possit appellationẽ psequi. ¶ Itẽ facit iste tex. ad † dr̃iam inter priuilegiũ & indulgẽtiã, de quo p Arch. & Do. ĩ §. fi. 2. q. 1. ubi maximè de uerbo Indulgẽtia, de quo ẽt p Bald. & Sal. ĩ l. fin. C. senĩam passis. & Bal. ĩ c. 1. s̄. de iu. & ĩ c. at si clerici. eo. ti. & gl. ĩ uerbo indulgẽtia ĩ c. ex ĩsinuatiõe. j̄. đ symo. & Ana. ĩ c. uergẽtis ĩ 2. notabili, j̄. đ hęre. & ibi tetigi. ¶ Vltimo istũ tex. alle. no. Bal. in l. fin. C. de pcib. impera offe. ꝙ l3 totũ instr̃m edat iudici, tñ sufficit edere parti, qđ ad eã spectat, & idẽ dicit Ang. ĩ l. fi. ff. đ bo. autho. iud. pos. & Bar. ĩ l. argẽtari⁹. §. edi. p illũ tex. ff. đ edẽ. Et similr̃ nõ tenet tutor edere totũ inuẽtariũ, ut p Bart. & Bal. ĩ l. fi, C. de ali. pupillo pstan. & Bal. ĩ §. nouissimè. ĩ fi. Inst. đ suspec.

* In rub. *Adde ibidẽ ad hoc plenè per Alex. & in l. in ciuile. post Bar. ff. đ legi. et ĩ l. si cõstãte. sol. ma. co. 13.*

* Ante finẽ. *Adde eundẽ Rom. cõsi. 456. inc. in proposito casu. nu. 2.*

* 362. *Adde ꝙ nõ reperitur decisio sub hoc numero et initio de quo in tex. sed vi. decisio in antiq. Bisign. decis. 2. incip. An cõstitutus vel substitutus pcurator. ubi cõcluditur id qđ ponit Aucto. hic. uide tamẽ Rot. in anti. cõtrariũ tenẽtẽ deci. 5. ti. de pc. inci. nota quòd vbi procurator. et ui. Aucto. ĩ c. cũ olim. co. fi. uersi. adde deci. s̄. de offi. deleg.*

suspec. tut. nisi accusaret vt suspectus pp nõ ɔfectũ iuẽtariũ, vt p Bal. in d. l. fi. Et adde, ꝙ volẽs redarguere ĩstrumẽtũ de falso, non cogit ante editionẽ dicer. ĩ qua parte velit opponere, s̃m Bal. in l. fi. ver. tertio notat. p illũ tex. C. de fi. ĩstr. ¶ Quid aũt, si diceret eũ simulatũ? an teneat exprimere spem simulationis? dic, ꝙ sic, s̃m Bar. in cõs. Petrus Nico. & Pau. de Cas. in l. iurisgẽtiũ. §. pactorũ. ff. de pact. & Bal. in l. ab Anastasio. in fi. C. mãdati. Et dẽt redarguturus de falso se inscribere, s̃m Bar. in d. l. fi. & Bar. & Ang. in l. 1. §. editiones. ff. de edẽ. ẽtsi exciperet vt p Bal. in l. fi. C. si ex falsis instru. Nec obst. c. sup his. j̄. đ accus. vbi excipiẽs nõ inscribit, qa fallit hoc casu, p d. l. fi. C. de fi. instr. simplr̃ loquẽtẽ. Et ẽ rõ, qa fit talis editio cũ die & ɔsule ɔtra edictũ ptoris, de quo in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & dixi in c. 1. ppe fi. s̄. de pba. Iõ talis grauat necessitate ĩscriptiõis s̃m Bal. ĩ d. l. fi. C. si ex falsis instr. qđ no. ad d. c. sup his. ¶ In gl. sup verbo, iudice. ĩ pri. & tenẽdo, ꝙ hic ageret criminalr̃, colligit hic do. An. ꝙ illud, qđ de testibus dr̃ ĩ auth. apud eloquẽtissimũ. C. eo nõ hẽt locũ in instrumẽtis, l3 alias æquiparet *, ut in c. puenit. el. 1 s̄. ti. pximo & ibi hoc dictũ retuli, p quo facit, qa d. authen. apud. corrigit l. iudices. C. eo. ti. q̃ ẽt loquit in instrumentis, & tñ nihil dr̃ ĩ ipsã auth. de instrumẽtis. Et hoc admitterẽ saluo eo, qđ de examinatione cõparatiõis dixi ĩ c. 2. ĩ fi s̄. e. ¶ Et p hãc gl. relatã ad tex. põt tangi, an sufficiat pducere iura notario, an verò oporteat pducere iudici? de quo satis dixi in c. qm̃ ɔtra, ĩ 1. q. s̄. de pba. ¶ Et p eãdẽ gl. iferri põt, utrũ in pductione ĩstrumẽtorũ requirat citatio partis, sicut ĩ productione testiũ, đ quo dixi in c. 2. in 4. q. prĩcipali, s̄. de testib. ¶ Vltimò ponit hic Bal. q̃dã pulchra in mã editiõis, de qbus aliqd dixi ĩ c. 1. ad fi. supra de pba. Plura nõ cadũt hic necessaria,

* Aequiparẽtur. *Adde Lanfran ĩ repe. c. quoniã contra, de proba. ĩ uersi. instrumentorũ productiones. n. 1. 3. 4. & 5.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus, vel petitio si continet petitorium, sine rei vendicatione an debeat peti restitutio, vel reum primò condemnari.*
2 *Restituere, verbum designat possessorium. Et ibi de verbis Pertinere & competere.*
3 *Milles, vel eques factus episcopus, an amittat primam dignitatẽ.*
4 *Episcopus, vel alius prælatus, an possit esse delegatus principis.*
5 *Instrumenti fides per quæ diminuatur.*
6 *Confirmatio non tenet, si confirmatum est nullum.*
7 *Priuilegium confirmatorium continens seriem priuilegij cõfirmati, vtrum probet, ita vt non sit necesse producere confirmatum.*
8 *Locatio an probet dominium.*
9 *Clausula, Saluo iure addendi, minuendi, &c. quæ solet poni in libellis quare nihil operetur, rationem reddit.*
10 *Vasallus an possit legare feudum pro anima sua.*
11 *Indictio an sit necessaria in instrumentis.*
12 *Chronicæ, vel historiæ an faciant fidem in iudicio.*
13 *Confirmans quando videatur de nouo dare & concedere. Et ponit regulam, quod confirmare non est de nouo dare.*
14 *Fallit nisi actus confirmatus non tenuisset. Alias duas fallentias vide nu. 15. & 16.*
17 *Meum ex una causa nõ potest fieri meum ex alia causa. Fallit tribus modis, vt nu. hoc 18. & 19. per ordinem.*
20 *Conductor non potest exceptionem dominij opponere locatori. Et qualiter hoc intelligatur, nu. 21. & 22.*
23 *Conductor an possit opponere locatori exceptionẽ præscriptionis. Et quid in emphytheuta.*
24 *Conductor an possit domum conductam locare atteri, & cui.*
25 *Notarius an possit instrumentum scribere per alium.*
26 *Ponit autem de hoc opiniones, vt nu. hoc & 27.*
28 *Notarius an possit protocollum per alium scribere, vel dictare.*

CAPITVLVM VI.

Inter dilectos. ¶ Instrumẽtũ manu publica nõ ɔfectũ, habẽs sigillũ, cuius literę nõ sũt legibiles, vł sculpturę deletę, vel enormẽ fractura, ñ pbat. H. D. ¶ Et vt dicã j̄. ĩ vers. vlt. ad plura colligi possent multa notabilia ĩ diuersis materijs, sed qa aliquæ sũt alias tactę, & aliquę ĩ suis locis tangẽt, iõ noto textũ solũ in his, q̃ hic naturalr̃ cadũt, quãto breuius possibile sit. ¶ In tex. ibi, restitui monasterio. p istũ tex. dicit Arc. ĩ c. redintegrãda. 3. q. 1. & in §. sunt. quorũ
1 vers. de possessione. 2. q. 6. ꝙ † ubi agit petitorio, vł rei uẽdicatione, sufficiẽter ɔcludit libellus, si petit rẽ restitui, dato, ꝙ nõ dicat prius reũ ɔdẽnari, qa istud subintelligitur. Et idẽ no. Bar. ĩ l. ex diuerso. § vbi aũt. ff. de rei uẽ. ubi dixit, ꝙ eo ipso, ꝙ agẽs petitione hr̃ditatis, uel rei uendicatione petit restitutionẽ rei, vr̃ petere, ꝙ iudex pnũciet ipsũ hr̃dẽ uel dñium, qa petito ɔsequẽti ur̃ peti antecedẽs, l. illud. ff. de acq. hęr. qđ multũ no. do. Abb. in c. accedẽs. el. 1. s̄. ut lit. nõ ɔtes. Bñ facit gl. no. ualde in c. cõstitutus. in uerb. iuxta ratã. j̄. de reli. do. q̃ pbat, ꝙ ubi qs petit rẽ sibi restitui, & ad restitutionẽ illius rei obtinendã erat necesse primò rescindi ɔtractũ, cuius occasiõe reus rẽ tenebat, satis ur̃ actor petẽdo restitutionẽ rei, petere primò ɔtractus rescissionẽ, q̃ erat pambula. ¶ Et infert ibi do. An. ꝙ si minor tãquã læsus, uel eccl̃a ĩ cõtractu uẽditionis petat rẽ, quã uendidit & tradidit, si restitui, satis ur̃ petere p restitutionẽ in integrũ rescindi cõtractũ. Ad idẽ, qđ no. Bal. ĩ addi. Spe. ti. de sen. & do. An. in c. examinata. s̄. de iudi. & latè do. Ab. in c. unico, s̄. de li. ɔtes. ubi dñt, ꝙ si in ɔclõne libelli dico, quare peto Titiũ cogi ad dãda mihi dicta x. quãuis in eodẽ libello nõ petierim eũ primò ɔdẽnari ad dandũ x. q̃ cogi. tñ, quia primò dẽt cõdẽnari, quã cogi, per l. j. C. de execu. rei iu. l. si cũ nulla. ff. de re iudi. uideor primò petijsse eũ cõdẽnari, postea cogi, arg. d. l. illud. l3 alij dixerint alr̃, ut per do. Ab. in d. c. unico. Et p istis facit qa sufficit libellũ psumptiuè ɔcludere, l. oẽs, §. Lucius. ff. de his, q̃ ĩ frau. cre. Vñ dixit gl. no. in c. qa psulatus. 1. q. 4. ꝙ satis est spoliato ĩ libello ɔqueri se spoliatũ, qa satis psumit cõclusisse, ꝙ restituat, & aliqd dicet j̄. e. c. si cautio. Et p istũ tex. dicit Bal. hic, ꝙ in reali libello sufficit ɔcludere rẽ ad se ex cã dñij pertinere, qa idẽ est, ac si peteret se dñm declarari, qa uerba enũciatiua cãæ proferunt prĩcipl̃r pp se, & iõ ɔclusionem inducũt, quod est notãdum, s̃m ipsum. Et per istũ tex. ĩ eisdẽ uerbis colligit hic do. Car. ꝙ ualet libellus, ẽtsi ɔcl̃o pponat narrationi, ut si dico, peto Titiũ ɔdẽnari ad 10. q̃ dẽt ex cã mutui, sicut hic petijt abbas restitui ĩ monasterio hęc iura, q̃ dixit ptinere ad monasteriũ, tñ regulr̃ ex ordine debito narratio dẽt pceder̃, s̃m ipsum. ¶ Et istis ẽt adde Io. An. in Spe. de actione & pe-
